

GESSARTIUS
ACADEMIA VULGARIS

0075

Arb. Nr. 243.

Meyfarts, J.

n. 20 weiter handschrift

P. VIII. 111.

PRODROMI

Pars altera,

sive

DISTINCTIONUM
THEOLOGICARUM
CENTVRIA SECUNDA.

*Ex omnium, propè, Theologorum, qui post exhibitam
Augustinam Confessionem floruerunt, scriptus,
Collecta & Selecta.*

V B I

Proponuntur, è fontibus Topicis explicantur, ubi opus probantur, Commentariolo pratico illustrantur, & post accuratam Questionum controversiarum, quām quo ad statum, de quo disputatur, quam quo ad scopum, quorsum pars aberrans affirmando vel negando respiciat, formationem, argumentis Adversariorum cum solutione Logicali, applicantur;


Premissa, donec tres Chiliades, ovv. fcc, sequentur,

A U T H O R E,
M. IOHANNE MATTHÆO
MEYFARTO, IN ILLVSTRI CASIMIRI.
ANO Saxonico. SS. Theologiae
Professore.



Impensis Authoris.

C O B U R G I,
Typis Duealibus, per ANDREAM FORCKEL,
Anno M. DC. XX,



Nobiliſimis,

tam antiquā genitīs proſapiā, quam generosā indole,
florentiſimis

ADOLESCENTIBVS;

BODONI, LUDOVICO VVILHELMO,
LUDOVICO HERMANO, Fratribus
Germanis, ab Adelebsen;

IOHANNI BAPTISTÆ, VVOLFFGANGO
MATTHÆO, THOMÆ, Fratribus
germanis, Patruelibusq;
EISELERIS,

In Illustri Pœagogio, Casimiriani Gymnasii,
quod est Coburgi, partim, non ita pridem, partim
etiamnum, Pietati & Literis
operam navantibus,

Discipulis, nuper, & pro tempore, suis Carissimis,
Hanc alteram Distinctionum Theologicarum
Centuriam,

Pio affectu, inscribit & effert,
A U T H O R.



VREOLUM illud est, Adolescentes genere
& indole Nobilissimi, quod Platonicus Ma-
daurensium Philosophus, lib. 1. florid, in-
hanc habet sententiam: *Invenitur hoc quoq;
(hominum) genus, qui meliores obsecrare ma-
lant quam imitari: Et quorum similitudinem
desperant, eorum affectent simultatem: scilicet*
ut qui suo nomine objuri sunt, aliorum (infamia) innescant. Hoc
si unquam verum est, in foro literario est verissimum, ita qui-
dem, ut ab hoc hominum genere nec verba oretenus prola-
ta, nec scripta, imò nec ipsa pulpita sint immunia; sed omnia
acriter examinantur, sedulo pensiculantur, ad limam & line-
am rediguntur: imò cum torno & cothurno iterum atque
iterum comparantur. Adeò quidem, ut in vatio hoc & dis-
fuso hominum genere, nemo singulis satisfacere possit, ne-
dum placere universū.

Hanc fortunam me micosq; labores manere, ego non
sum nescius? Cum enim Hunnii, Chemnicii, & aliij Theolo-
giz, non quidem numina, lumina tamen, suos censores vi-
derint; certè quid obscuro homuncioni accidere possit, in
proclivi est colligere. Erunt nimis, qui falcem in alienam
messem missuri, in hoc opusculo varia desiderabunt, nāvosq;
χαλκεγένεστ mihi præter meritum tamen, imputabunt. Erunt
etiam procul dubio, qui fontes *Topicos*, quos passim allegavi,
carpent, corrigentq; præsertim cum videantur non raro esse
alieni. Verū etiam nāhi hac in parte injuriam fieri, vel in-
deliquer, quod pro re nata & data, terminos distinctionum
consideravi, modò inter se, imprimis tum, quando ex dissen-
taneis fontes petitos esse dixi: sic distinctionem inter facilita-

D E D I C A T I O.

tatem cognitionis; & difficultatem, imò impossibilitatem in-
pletionis, ex diversis & adversis esse dixi; idèò, quia pro rati-
one materiæ , si subjectum admittit utrumq; distinctionis
membrum, diversa sunt; si non admittit, adversa censebun-
tur. Interim non ignoro, si absolvè consideravero, & in se,
præsentem distinctionem esse duorum adjunctorum in duo
subiecta. Idem esto judicium de reliquis. Præterea, erunt
qui *Elenchos Logicos* notabunt, meq; assignatione ipsorum elen-
chorum (quo vocabulo penè per totum utor opusculum)
elenchum committere putabunt: putabunt autem vix in uno
& altero loco, ubi termini Technologici per incuriam eorū,
quibus, ut opusculum excuderetur, commissum fuit, permu-
tati sunt. Ceterum quod argumenta adversariorum, for-
ma nonnihil faciliori, magisq; vulgari protuli: non in fraudem
factum est, quasi adversariorum rationibus derogare, & alle-
gatione eorundem lectori fucum facere voluerim. Verùm
hoc studiosè egi, ut intricatas hostium veritatis Sophistica-
tiones, depositis larvis, & verborum ampullis, Iuventuti
Gymnasticæ, exponerem, modo quidem plano, perspicuoq;,
vero tamen. Nam cum Lojolitarum argumentis ita compa-
ratum est, ut cum Asino Æsopico, cui si pellem detraheris
leoninam, auriculas proceras informesq; videbis, Moris enim
hodiè est Lojolitis, rancida illa, & mucida ruinosa Papatus ar-
gumenta, nova saltē adjecta tinctura, proferre, & quæ jam
dudum explosa sunt, habitu nonnihil mutato, reducere.
Quod ipsum exemplo satis claro nobis probat *Martinus Be-*
canus, non ita pridem Iesuita Mogontinus, qui in omnibus
suis disputationibus argumenta Bellarmini, tot vicibus fra-
cta & confusa, ea novitatis & subtilitatis specie colorat, ut,
etiam qui doctiores sunt, primo intuitu fucum deprehendere
aut planè non , aut cettè difficer possint, cum opinentur,

Becanum,

Argumen-
ta Iesuita-
rum.

DEDICATIO.

Becanum, pro ea qua pollet, ingenii felicitate, hæc fulcra sedi
Romanæ, de suo submisso, cum tamen reverè nihil aliud
agat, nisi quod nugis falsitate antiquitatis, syncategoremata,
ubi, & quocunq; modo potest; adjicit. Interim verò ni-
hil prohibet, quin illud in *Iesuitam Cardinalem usurpemus:*

Bella dat ille nimis, bella sed armaminius.

Eulogiu
Bellarmi-
ni.

Quare nemo hoc mihi vitio vertet, si clancularias adversari-
orum Sophisticationes in apricum deduco, & quam nullum
robur, nullas vires in recessu habeant, demonstro. Salvator
noster Matth. 23. Phariseos cum sepulchris comparat, quæ
extrinsecus quidem splendorem oculis homiū objiciant,
intrinsecus verò nil nisi ossa fœtida contineant. Idem esto
judicium de argumentis Jesuitarum.

Quod verò vobis, Adolescentes Nobilissimi, hanc centuriam
inscribo, puto me habere causas satis graves. Si enim abituri-
entibus hodopæricon dare solemus: certè, ut *Vobis, Adeleb-*
si, offeram, vestrum sive in Gallias, sive ad Academias, iter mi-
hi suadet. Imò, si præceptoris est, eos, quos alumnos habet,
omni ex parte informando erudire: certè, *Vobis, Eiscleri,* meus
debetur labör. Habebitis omnes & singuli, quod, si quando
ad eximia Reipublicæ munera Deus & Magistratus Vos vo-
caverit, de vero Dei cultu instruct. Accipite ergò hoc opus-
culum eo quo offertur animo, & monita præceptoris vestri,
imò & vota pro felici itinerum & studiorum progressu, non
spernite. Cogitate illud Patriarchæ Iacobi, Gen. 49. v. 26.
& estimate, quod etiam benedictiones præceptorum confor-
tentur, super iis, quibus fiunt. Ego verò hoc voto Vos com-
pello: *Dominus custodiat vos, Dominus sit protectio vestra super*
manum dextram vestram, per diem Sol non urat vos, negl. luna per
noctem. Dominus custodiat vos ab omni malo, custodiat animam ve-
stram Dominus, Dominus custodiat introitum vestrum & exitum
vestrum,

D E D I C A T I O.

vestrum, ex hoc nunc & usq. in seculum. Hic ipsis det Vobis scientiam
& disciplinam in omni libro & Sapientia, ut si aliquando sciscitati
fuerint à Vobis Magnates, Principes, Regesq; inveniant in vobis omne
verbum Sapientia & intellectus, inveniantq; in vobis decuplum super
cunctos, qui erunt in universo regno. Habeatis propter hanc sapi-
entiam Claritatem ad turbas, & honorem apud seniores, etiam tum,
cum juvenes es sis. Acuti inveniamini in iudicio, & in conspectu po-
tentium admirabiles sitis, & facies principum vereantur vos, tacentes
vos sustineant, & loquentes vos respiciant, & sermocinantibus vobis
plura, manus ori suo imponant. Preterea habeatis per hanc im-
mortalitatem, & memoriam aeternam, hic qui post vos futuri sunt, re-
linquatis. Diffonatis populos, & nationes Vobis sint subditæ. Time-
ant Vos audientes Reges horrendi, in multitudine inveniamini boni &
in bello fortes. Valete diutissimè & felicissimè, Dabam 6, De-
cemb, Anno M. DC. XX.

V.

M. IOHANNES MATTHÆUS
Meyfartus,

IN PRODROMVM DISTINCTI-
onum Reverendi Dn. Autoris, Collega

συν φιλοπάτων καὶ ιμαλφεσέρου.

Dumvercum niveis glacialia marmorā floccis
Eliquat, & lāti candidat arbor agri,
Insidet omnigenis apis ut Zephiritidos herbis,
Chloridos, & succis Flora decora tuis!
Insidet, ut tepidum ferat & populetur Hymettum
Vt linat Hyblaeis crura tenella thymis,
Insidet, ut proprias cogat, quæ carpsit, in arcas,
Distendatq; suas melle favæq; domos.
Est & apis, quin vincit apem M E Y F A R T U S : hic omni
Tempore, sed vernō, quod legit, illa legit.
Vincit apem; sacros ut obambulet, aspice, libros,
Libros Theiosophæ quos dat opella Scholæ!
Aspice largifluos depascat ut undiq; succos,
Succos, qui pueris proficiq; viris.
Aspice, quin nasum nisi Rhinocerotis habebis
Olface, fumat odor, mixtus odore nitor.
Aspice ut ex illis cogatq; coactaq; promat
In bene-digestis enthea mella favis!
Vtere! Cecropiis quin' Hebe sacra Camænis
His gaude, & cupidis dic ita lāta fibris:
Macte tuis M E Y F A R T E favis, mihi colligè plures,
Vespæ quæ turbant mella parata cadant!

Invitâ Minervâ scripturiebat
M. Melchior Steinbrück.

AD LECTOREM.

Scias, Amice lector, per incuriam, Typographi, numerum pagellarum interruptum esse, & minus continuatum. Factum verò inde, quia opusculum hoc aliquot disputationibus absolvi publicis, privatissq; Quod ipsum ex sequentibus colliges.

Catalogus Respondentium.

- Iohannes Strobel Thuringus.
Andreas Heubnerus Francus.
Ambrosius Hemmer Francus.
Martinus Börzinger Francus.
Erasmus Reinman Francus.
Iohan. Lucas Siebenlist Francus.
Iohannes Lucius Francus.
Valentinus Hoffman Francus.
Gregorius Aldenburgius Francus.
Iohan. Philippus Richter Francus.
Chilianus Zimmerman Francus.
Michael Corbarius Thuringus.
Pancratius Zeifelder Francus.
Iohannes Doppertus Francus.
Valentinus Kempf Francus.
Chilianus Dressel Francus.
Christophorus Schröpffer Thurin.
Otto Krambsius Francus.
Nicolaus Probandus Thuringus,
Iohannes Prech Francus,

CEN-



CENTURIA SE- CUNDA.

^{Hujus} DECURIA PRIMA.

I.

Distinguendum est inter statum Ecclesie
Domesticum, Provinciale, ac Ca-
tholicum.

1. A subjectis est praesens distinctio. Status Ecclesiae dome-
sticus, est certe alicujus familia. Rom. 16. vers. 3. 1. Corint. 16. vers. 19.
Coloss. 4 v 15. Status Ecclesiae provincialis, est unitus alicujus re-
gionis, 1. Reg. 8. vers. 14. Actor. 4. vers. 31. Gal 1. vers. 2. 2. Thess. 1.
vers. 1. Status Ecclesiae Catholicus est, universa illa per totum ter-
ram orbem diffusorum multitudo ad Eph. 2. v. 19. Apoc. 21. v. 2.

2. Usus est in solvendo hoc argumento. Quo Ecclesia caruit,
illud eidem non est necessarium. Scriptura Ecclesia caruit, ut
proxime dictum. E. Scriptura non est necessaria. Resp. Ante ade
hoc argumento est dictum: Missa iam majore ad minorem dicimus: esse
elenchum causae efficientis, liberrimè hoc fecit Iehova. 2. Et si E-
lenchus finis & subjecti, cum verbum in Ecclesia domestica
conseruandum esset, factum fuit viva Patriarcharum traditione: post
modum, ubi Ecclesia Provincialis successit, & in numero populo
locum invenit, voluit Deus extare Scripturas: ut & in Ecclesia
Catholica.

A

DE AD.

2
DE SCRIPTURA.

Centu. II,

De Adjunctis Scripturæ Sacræ,
& primo de perspicuitate.

STATVS CONTROVERSIÆ.

Hoc in loco, quia nobis magna est controversia cum Pontificijs,
status Questionis recte est explicandus. Non disputatur ratione totius,
Fontes. An omnia in Scripturis sint facilia, nihilq; intellectu difficile: nam
ultrò largimur, quedam intellectu difficilima & obscura esse. 2. Nec ratio-
nē adiuncti occupantis: An singuli curvis, legenii & audienti
sint facilia; novimus enim eadem reprobis & pereuntibus difficilima
esse, & carnalem hominem nihil intelligere, Acto. 8. vers. 21. I. Cor.
2. vers. 14. quin aliter respondendum est de Catechismis, Hebr. 5. 12.
14. 3. Nec ratione materiæ, An res in Scriptura comprehensa sint
vulgares; Agnoscamus siquidem summa mysteria. 4. Nec ratione
comparatorum; An unus locus sit clarior altero, obscurior q; inter-
dum. 5. Nec ratione conjugatorum, An per accidens, in filiis mun-
di, obscurari possit. 6. Nec ratione causæ, An simpliciter lecta ab q;
ulla conditione sit perspicua: scopus enim aliud docebit. 7. Nec disputa-
tur, ratione effecti; An omnes ex lectione, & auscultatione extem-
plo cognitionem spiritualem accipiant, quod est contra illud, Luc. 8. v.
4. & seqq. Verum hoc loco disputatur, An Scriptura sacra p se, & in
se, ubi agit de negotio fidei & salutis nostræ, doctrinaq; bono-
rum operum, ita sit perspicua & facilis, ut abijs, qui primitias
Spiritus S. acceperunt, & per fidem in Christū illuminati sunt,
etiam plebeis, qui eam attente assidueq; legunt & voces phra-
sesq; per ætatem & cognitionem lingue, in qua Scripturam le-
gunt, percipiunt, & veritatem investigare, voluntatemq; Dei
negat. Scripturam facere volunt, intelligi salutariter possit? Pontifex negat. Vre-
repture per respondet propter triplicem finem: ut se i. ducem faciat Ecclesia, ut in ea
perspicuitate dem nulla sit, nec esse possit scientia, prater illam solam, quā ipse proprio

monstrat.

SACRA.

motu, & authoritate infundit, & largitur: Et 2. quo Scripturam eofi- Decur. I.
nem usurpare posse, ut suum in eam collocet Antichristianismum, a-
lioquin penitus eam rejecturus, nisi eis praetextus se involvere, & my-
sterium avocare operari posset. 3. Ut si negat Scripturam esse judicem
controversiarum.

II.

Distinguendum est inter Dogmatica fidei: & Manticafuturorum eventum.

1. Hac distinctio est ex materia. Notum est ex antea dictis, Sa. ^{Fontes} Gram Scripturam habere se ad articulos fidei, & historias, ut totum ad partes: Ad historias spectant etiam futuri eventus, quos passim legimus. 1. Reg. 13, 2. & Reg. 23, 20. Futurorum eventuum, quamvis apud Deum est infallibilis veritas, tamen apud homines diversa est ratio, quod etiam innuit Spiritus S. Dan. 12. v. 4. Innuens vaticinia de rebus futuris non nisi expleto eventu intelligi.

2. Vetus hujus distinctionis est in quaestione contra Pontificios, quando inter hos & nos disputatur de perspicuitate Scriptura. Pontifici hoc nos urgere volant argumento. Quod signatum & clausum est, illud non potest esse perspicuum. Scriptura signata est & clausa. Ergo non est perspicua. Resp. verò in majori sive Elenchum op. positorum. Diversa enim sunt tantum signatum esse, & esse perspicuum: annumentum Epistola longe perspicua, nihilominus clausa & signata esse potest. Huc enim clausa est, alteri perspicua. 2. Est in minori. Elenchus & equivocationis. Clasum enim esse, non uiro brig pro obscuritate accipiatur, sed non raro claudere idem ac finire, seu finem imponere est, quod etiam h. l. esse potest. 3. Inest elenchus partis: matica illa futurorum eventuum, quae raptu propheticō vidit Daniel, clausa, aut, si vis, ante finalem completionem obscurata sunt, non dogmata fidei. 4. Unde elenchus contradicentium ultra liquet.

DE SCRIPTURA.

Cent. II.

4

III.

Distinguendum est inter Scripturæ

γνῶσιν καὶ τὸ γεράμα: & γνῶσιν καὶ τὸ πνεῦμα:

Itidem.

Distinguendum est inter Scripturæ

γνῶσιν, seu sensum: & juxta eandem cognitionem
informatam πνέοντι, seu usum.

Fontes. I. Hac prima est à causa efficiente, secunda ab adjunctis diversis. Fundamentum hujus distinctionis vel inde liquet, quod diversa est ratio hominis carnalis, de quo Actor. 8, 31. & 1. Cor. 3, 14. quod nihil sciatur: & spiritualis, huic patet Scriptura sensus & Vetus, v. 12. Scriptura γνῶσιν καὶ γεράμα homo carnali habere potest, quandoquidem novit quid dicunt, ceu de Galeno legimus: γνῶσιν τὸν πνεῦμα habere non potest. Scriptura igitur γνῶσιν καὶ γεράμα, est notitia sensu literali: καὶ πνεῦμα, est usus spiritualis. Notabile etiam hoc est, aliam rationem esse Doctoris Ecclesiae: aliam auditorum: & iterum aliam efferationem unius auditoris saltem: Et aliam omnium simul.

2. Hac distinctione solvit argumentum Cardinalium, Belarmini, qui contra explicationes l. 3. de V. d. c. i. disputat Lutheri, hoc modo: Quod de sua difficultate & obscuritate queritur, illud non est perspicuum. Scriptura de sua difficultate & obscuritate queritur. E. non est perspicua. Resp. 1. majorem laborare elencho speciei; cum enim qualis sit de sensu literali, nullum est argumentum Cardinalis, nec n sequitur: Quod de obscuritate sua queritur, illud queritur de obscuritate literalis. Falsum; queritur enim in allegatis locis de spirituali. 2. Elenchus privantium. Nec n. quod quovis modo de obscuritate conqueritur illud ipsum obscurum est: Privatio enim est de subiecto habili. Igitur, quando Scriptura de obscuritate conqueritur, non conqueritur de sui, sed hominis, cui per lapsum magna

S A C R A.

§

magna accessit ignorantia. Scripturam verò Deus noluit obscuram, Decur. I.
Deut. 30. 11, ideoq; talis privatio de Scriptura dici nequit. 3. Elench^o
totius. Quod de obscuritate queritur, in aliquibus obscurum esse tax-
tum potest. 4. In minori, ejusq; probatōne est elench^o testimonij im-
pertinenter allegati. David loquitur de difficultate περὶ ζεως, non

γνῶσης. 5. Imò si de γνώση non de γενικαλη, sed μεταφυσικη. Quomo-
do David de Scri-
pturæ dif-
ficultate,

3. Nec juvat Bellarminum instantia, quam exinde petit, quod Da-
vid noverit phrasēs lingua Hebraicæ, non fuerit superbus neg. infide-
lis. Esto hoc argumentum: Cujus intellectum petunt iij, qui no-
verunt phrasēs Hebræ lingue, qui neq; superbisunt, neq; in-
fideles, illud est obscurum. Atqui Scripturæ intellectum tales
petunt. E. Scriptura est obscurā. Resp. Esse elenchū finis: cō
quod petunt, non incusat scripturam, sed propriam ignorantiam con-
fidentur. 2. Per inversionem. Imò quia David erat fidelis & non super-
bus, idco petebat Scripturæ intellectum. 3. Male opponuntur preces pio-
rum, & Scripturæ perspicuitas, quasi opponatur subiectum occupans
adjuncto occupato. 4. Cucus petit solem videre, Ergone Sol non est il-
lustris.

4. Sub finem hujus argumenti Bellarminus citat testimonium
Hieronymi, quod omnino pro nobis facit: Si tantus, ait, Propheta tene-
bras ignorantie confitetur; quan nos putes parvulos, & penè lacientes
inficiā nocte circundari. Similiter superius allegaverat Augustinum.
Verum ut dictum loquitur Augustinus, non de authoritate essen-
tiali, sed accidentalē seu ministeriali, vel de authoritate signi.
Ecclesia potest monstrare Evāngelium, & eos adducere ad il-
lud sua authoritate, quandoquidem vicem Pädagogi subit:
sed ut verum sit, & immortæ fidei, conferre non potest.

IV.

Distinguendum est inter obscuritatem
ömniæ seu totalem, &c. per excusam partialem.

13

j. Hac

Cenn. II. n. Hec ex privantibus estimari potest, & comparatis imparibus. Controversia de qua jam laboramus, non ea est, quasi dicere velimus, omnia & singula, & quacunq; tandem in Scriptura continentur, esse perspicua, & ubi uero locorum ubi cunq; sit mentio dogmatum, Scripturam esse summè perspicuam: Concedimus siquidem, quod ubi quid obscurius dicatur, alibi expressius inveniatur. Et hoc Dd. respondent ad locum, Iohann. 8, 25 quem adversarij urgent, ut & ad 2. Petri 6. Quae enim in Scriptura habentur, sunt duplicis generis. Quædam res sunt dilucidæ, & sine ulteriori explicacione sensum Spiritus S. reddunt, ut est illud Ioh. 1. de Divinitate Christi, resurrectione mortuorum, 1. Corinth. 15, 12. & seqq. Quædam vero sunt ambiguæ & obscuræ, uti jam dictum, 1. Cor. 15, 29.

2. Vnde hujus distinctionis est in solvendo sequenti Syllogismo Bellarm. qui probaturus Scripturam quod modum dicendi esse obscuram, ad modum operosum est, in hoc argumento: In quo cunctæ sunt orationes ambiguæ, orationes imperfectæ, orationes præposterræ, Phrasæ Hebreæ linguae peculiares, orationes figuratae, illud est obscurum. Atquin Scriptura talia sunt, Iohann. 8, 25. Rom. 5, 10. Genes. 10, 31. & 11, v. 88. E. est obscura. Respond. 1. Est elenchus partis, probatur siquidem faltem obscuritas partialis, non verò totalis 2. Plus est in conclusione quam fuit in premissis, hoc sequitur. E. quædam sunt obscura. 3. Elenchus contradicentium, etiam ignorantia Elenchi, dum aliud in quaßione est, aliud vero ieiuita concludit. 4. Elenchus effecti & adjuncti: Falsum omnem tropum efficire obscuritatem, & obscurum esse: Distinguunt siquidem & Philosophi inter tropum illustrem, & obscurum.

V.

Distingendum est inter obscuritatem orationis & sensus: & obscuritatem rerum, que oratione tractantur.

Vel:

Tropus
duplex.

D^{icitur} distinguendum inter res ipsas propositas, &
modum proponendi.

1. *Proposita distinctiones ex subjectis sunt. Fundamentum hujus distinctionis, & explicatio ejusdem, ex ijs, quae superius dicta sunt, elucet. Res ipsas quod attinet, dictum est superius, easdem esse vel dogmaticas, puta de mysterio Trinitatis, incarnationis, &c. & historicas de excidio Sodamar. Genes. 19. Ceterum modus dicendi, in stylo potissimum consistit, & insigni quadam verborum simplicitate, viam regni celorum monstrat. Res ipsa maiestate sua sublimes sunt, & omnem captum rationis humanae excedunt, quemadmodum Iob. 6, v. 5. probatur, & c. 38. per totum. Modus vero proponendi est facilis, teste Paulo, I. Corinth. 2, 4. Non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis insistens.*

2. *Vsus hujus distinctionis est, in questione anteā mota; Bellar. ut obscuritatem Scripturae evincat, profert loco dicto hoc argumentum, Quod tradit summa mysteria, illud non potest non esse obscurum. Scriptura tradit summa mysteria? de Trinitate, Sacramentis, creatione, incarnatione, natura angelorum, operationibus. E. non potest non esse obscura. Resp. 1. ad majorem esse Elenchum adjuncti, non enim quod summa mysteria continet, est obscurum. 2. Elenchus aequivocationis & formæ, quodcunq; mysteria summa modo proponendi obscuro tradit, illud est obscurum, sed sic negatur minor, quamvis enim res propositæ sunt summa mysteria, modus tamen proponendi non est obscurus. 3. Elenchus in minori partis; non enim omnia summa mysteria. 4. In maiori est elenchus subjecti, obscuritas siquidem, si que est, non est attribuenda ipsi Scripturae ut subjecto, sed materia Scripturae (particulariter tamen) & mysterijs. 5. Ignoratio elenchi, quando nos de claritate sensus, orationis argumentamur, Bellarm. opponit divinitatem rerum.*

VI. Distin-

DE SCRIPTURA.

Cent. II.

VI.

Disting. est inter ea, quæ in Scriptura
sunt elementaria, sublimia, mystica,
onomastica & historica.

1. A disparata materia est hac distinctio. Sunt in Scriptura
quædam elementaria, quæ sunt, quæ summa Religionis capita con-
tinent. & in illis est perspicuitas: Quid n. magis perspicuum esse potest.
quam illud, Iohann. 17, 3: Hæc est vita eterna, ut cognoscant te solum
verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Multa sunt subli-
mia & mystica, quæ meritò subterfugunt captum nostrum, ut vide-
re est, Dan. 12, 9. Apoc. 12, 16. Sunt etiam quædam onomastica, quæ
vel literatis latent, Lev. 11 per totum, & Ioh. 4, 6. Historica,
quæ eventu præterito vel præsenti consummata sunt, satis clarent; quæ
ad huc futurum expectant, nobis sunt in certa & obscura, qualia com-
prehenduntur in libro Apocalyptic.

2. Questio est inter Lutheranos & Pontificios, An Scriptura
sacra sit obscura? Affirmant Pontificij: Bellar. l. 3. de V. D. ex hoc ar-
gumento: Illud quod neq; ratione rerum, neq; ratione modi
loquendi clarum est, est obscurum. Atqui Scriptura talis est.
E. est obscura. Resp. Ut majorem dimittamus, resp. ad minorem esse
clenchum à particulari. Etsi n. quedam difficultas sunt intellectu,
num propterea totam Scripturam obscuritatu accusabimus. Deinde est
clenches disparatorum & contradicentium: hoc debebant pro-
bare adversarij, quod in dogmaticis sit obscura; verum illi ita contradic-
sunt, ut probent, mysteria, onomastica quædam & historica esse
obscura, quod non est in quaestione.

Distin-

Distinguendum est inter ipsam Scriptu-
ram, ut norma est: Et Scriptura ut norma appli-
cationem.

1. Hac ex subjecto & Adjuncto est. Sacram Scripturam normam ac regulam esse fidet, in sequentibus disputationibus omnium debeat patere. Hoc autem hoc vice observandum est, diversissima esse instrumentum, & instrumenti applicationem, quorum illud, si vel maximè bonum, hactenut virtuosissimum nihilominus esse potest. Sic etiam Scripturam norma est, perpetuo sibi constat, quemadmodum etiam in simili liquet Iosua 23, 4, 15, sed applicatio eiusdem non raro est peccata, ut Matt. 4, 6.

2. Vetus hujus distinctionis est in iam mota controversia de Scriptura perspicuitate, quam nos, & falsa eiusdem obscuritate, quam Pontifices defendunt. Adversarij nostri pro obtainenda obscuritate utuntur hoc argumento: Ex quo quis varias potest movere controversias, id ipsum est obscurum. Atque Scriptura Canonica est ea & talis. Resp. 1. Est Elench. conjugatorum, quod enim concreto nempe hominibus, qui tractant Scripturam, competit per accidens, ut moveant lites, hoc non est attribuendum abstracto per se. Quod enim oratores quidem sunt mali, annum propterea etiam oratoria. 2. In minori est elench. 1. materia, non enim est materialitum, sed virtuosa applicatio est perpetua scaturigo controversiarum. 3. Elenchus effecti. Contentiones non sunt ab ipsa Scriptura, sed a mala applicatione. 4. Elench. diversorum, non n. quid Scriptura Canonica esse potest, & simul mater litis, sed sunt opposita, siquidem per se fiat.

Distinguendum est inter obscuritatem im-
putatam, & inbasivam.

5. Hac ex causa precreante. Hec distinctione propter adversarios Fontes, B. nostros

30
DE SCRIPTURA.

Cent. II. nostros est necessaria, quandoquidem de Scriptura identidem conque-
rantur, eandem esse minus perspicuum. Est igitur hac ipsa obscuritas
impurata saltem, non v. inhaeliva, que quidem realiter de Scriptura
dicitur. Sic multa sunt, qua imputative, alicui attribuntur, cum ta-
men inhaesive hoc nunquam ita sit. Sic Iudei Salvatorem nostrum ha-
bebant pro Daemonico Ioh. 8, 40. Cum tamen talis non esset.

2. Vt si hujus distinctionis in questione jam mota: Vt n. Bellarmi-
nus eandem obtineat, multa recenset testimonia Patrum, ad quae re-
spondemus 1. Impertinenter allegari & contra mentem Autorum.
2. Vt maxime aliqui Patres inveniantur, qui obscuritatem tales quā
Pontificij volunt, Scripturæ attribuant, certum est, nullam aliam ob-
scuritatem inde probari, quam imputatam. Quando igitur Bellarmi-
nus autoritatibus nobiscum pugnat, duplum Elenchum commit-
tit, testimonij & effecti. Si quis est qui de consensu Patrum, quem
nobiscum habent, dubitat: ille consulat Coll. Ratisb. & multa vi-
debit testimonia à magno quodam ICto collecta. Argumentum tale
est: Quod communis Patrum consensus probat. negari non
debet Scripturam esse obscuram, communis Patrum consen-
sus probat. E. Ref. Patres loquuntur x̄. U: Bellarminus putat ab-
solute.

IX.

Distinguendum est inter obscuritatem
κρυφοτον & naturalem; & δινητηρι & ac-
quisitam.

Fontes.

3. Proposita distinctio ex causis procreantibus est. Duplum hanc
seu obscuritatem seu ignorantiam, vel experientia probat: Naturalis
enim ignorantia illa est, que omnibus hominibus est communis, &
de qua paucim sancti dicunt. Acquisita v. est illa, quam quis studio &
data operâ querit. Quemadmodum igitur multi inveniuntur, qui ex
industria Dei misericordiam necire volunt, que tamen publicè sonat:
Sicut etiam fit, ut plurimi ignorant ex industria illa, que tamen ex ver-
bo Dei

SACRA.

bo Dei scire poterant: Exemplum habemus in fratribus divitiis epula- Decur. I.
niis, Luc. 16,31.

2. V^sus hujus distinctionis est in jam nota & m^{ta} qu^stione, pro-
qua evincenda Pontificij ita argumentantur: Quodcunq^e etiam à
doctissimis intelligi nequit, illud est obscurum. At qui Scri-
ptura à doctissimis intelligi nequit. E. Respondemus n. primò, ef-
se Elenchum majorum. Quanquam enim quidam in hoc genere
doctissimi sunt, putantibus & linguis, non tamen proprie*at* iudicis
scientia Scripturarum assignari debet.

3. 2. Ad minorem, quandoquidem laborat Elencho particu-
laris, Pontificij n. nihil aliud probare possunt, quam Scripturam alii-
quibus, quos pro insenitier docti^s habent, obscuram videri. 3. Est elen-
chus majorum. Nec enim concessura est eos, quos volunt, esse homi-
nes tam doctissimos. 4. Quid si per inversionem respondemus, Scri-
pturam ideo perspicuam esse, quia à Laicis etiam intelligi possit, exem-
pto. Actor. 17,1. 5. Est elenchus causa impulsi^v: quod enim qui-
dam docti Scripturam non intelligunt, causa non est impulsu^v obscuri-
tas Scripturæ, sed affectata & acquisita ignorantia, que Spiritui S. re-
moram ponit. In^sat Bellarminus, Davidem insigniter doctum
fuisse, & claruisse cognitione linguae, non fuisse impium; ideo
in Davide non esse, sed in Scriptura. Resp. Ex data distinctione;
Quod David doctus & p^oius fuit, hoc negat tenebras acquisitas; non
verò tollit innatas. Est igitur Elenchus oppositorum.

X.

Distinguendum est inter duplēm Scripto-
ra claritatē: prior est in verbi ministerio posita: posterior
in cordu cognitione sita, *juxta D. LUTHERUM.*

r. Fundamentum hujus distinctionis ex antecedentibus ad occu-
lam usq^e monstratur. Dicatum fuit hactenus, quomodo res se habeat,
& sensu fuit, Distinguendum esse inter scripturæ propositionem, Fontes.
qua^e est Dei, & effatis clara, & applicationem qua^e est homi-
nis, qua^e

DE SCRIPTURA.

12

Centu. II. nis, qui quod intellectum obnubilatum habet, quām sepiissime impinguat. Innuimus etiam distinguendum esse, inter obscuritatem distinctionem grammaticam & Grammaticam: obscuritus quedam est in quibusdam verbis & phrasibus; dogma tamen nihilominus manet saluum. Res siquidem nihilominus est in luce, tunc signum ejus aliquid sit in tenebris. Ceterum quod D. Lutheri distinctionem attinet, de eadem Sanctus Deus vir ita sentit; quo ad externam claritatem in ministerio verbi statim, nihil in Scriptura est obscurum (hinc etiam Deus legem a Sacerdotibus requirere iussit Hagg. 2, 12. Zach. 2, 7.) & de hoc est questione; quod vero internam cordis agnitionem attinet, secundum hanc nemo ne potest quidem, intellige absq; S. S. intelligit, cetero liquet ex Psalm. 139. v. 6. ubi tamen Vates de providentia Dei agit, de qua testatur, Psal 4, 4. non de summis mysterijs. De hoc non quæstio. Unde etiam alias distinguimus inter literalem notitiam, & salutarem ejusdem scientiam. Insuper etiam distinguimus ita, & dicimus mysteria illa summa, quia comprehendi non possunt, esse obscuras intellectio lectui, non tamen obscura fidei.

2. Ex hac distinctione solvit argumentum famosius cuiusdam Apostata, qui contra Lutheranos insurgit: Quod perspicuum est, illud primo intuitu intelligitur: Scriptura non primo intuitu intelligitur Acto 8, 34. (necessum siquidem habent etiam doctissimi indies pro intellectu orare.) E. R. I. ad maiorem esse Elenchum subjecti occupantis & adjuncti occupari; quanquam n. aliquid satis perspicuum & clarum est, non tamen primo intuitu à quo vis intelligitur. Hic ipse Elenchus manifestior est ex data distinctionis applicacione; claritas siquidem literalis non continuo pro adjuncto occupato habet assensum spiritualem; non ita, sed intellectum literalē. Claritas vero intellectualis pro adjuncto occupato non habet intellectum literalem; sed assensum spiritualem. 2. In minori idem Elenchus ex parte recurrit: ut & 3. Elenchus exquivocationis, vel elenchus etymologicus intelligere siquidem, quod quo ad literam accipitur, in minori capitul quo ad salutem. Elenchum contradicentium placet ut plurimum omittere, quām sepius iterare.

Decur.



DECURIA SECUNDA.

I.

Distinguendum inter finitionem controversiarum quo ad res ipsas; & quo ad personas.

1. Hac distinctio est ex subjectis. Fundamentum hujus distinctio-
nu quine negat, ille etiam communem in foro experientiam negat. Vide-
mus siquidem, quam sepiissimè controversias motas finiri lententia
decisiva, qua finitio quo ad res ipsas est; interim u. partem è litigan-
tibus alteram minime acquiescere. Si quando u. acquiescit, tunc quo
ad personas controversiam quoq. finitam dicimus. Exemplum hujus
distinctioi suppeditant S. literæ Matth 22,31, & 43. Ibi duplex mo-
vetur controversia, una de resurrectione mortuorum: altera de perso-
na Christi; utramq. Salvator ex Scripturis solvit, non quiescentibus
interim Sadduceis Actor. 23,8. nec Pharisæis. Quare duplex erit con-
troversiarum finitio, altera quo ad rem ipsam; altera quo ad
personas.

2. Ex hac distinctione solvit sequens argumentum cuiusdam
Lojolite, qui ut populis Norvegicis viam ad errorem monstraret, ita col-
ligit: Quæ Scriptura clara est & perspicua, illa finit controversias circa eandem descendentes. Scriptura Canonica non finit
illas, quia nondum est controversiarum finis. E. Reß, i. ad ma-
jorem quod laboret Elencho effecti, falso esse, quod qualibet Scri-
ptura perspicua finiat controversias quo ad personas. 2. Ad minorem, e-
andem laborare clenchi. etymologizæ seu æquivocationis Gram-
maticæ; finire siquidem in majore significat desidere, explicare, &
explanare;

Cent. II. explanare; in minori v. significat tollere, ut amplius non exret. Vnde
 3. Elenchus speciei resultat; & Elenchus effecti in minori: quā-
 vis enim Scriptura controversias finit, non ubiq. v. quo ad personas.
 Imo effectus, quod controversias Scriptura finiat, negari non potest, Lu-
 ce 10, v. 25. & seqq. & alibi. 4. Est elenchus causa accidentiarie:
 quod enim quo ad personas controversia non finiuntur, causa non est in
 Scriptura, sed in malitia Hareticorum. 5. Adde quod in Minoris, eis qd
 probatione sint, falsa conjugata: Dicit n. Iesuita Scriptura non finit
 controversias, quia controversiarum finis non est.

II.

Distinguendum est inter decisionem,
 discretivam & coactivam.

Fontes.

r. Hec distinctione non eadem est per omnia cum priori; quemad-
 modum i. ignorat ejusdem probabit. Decisio discretiva in hoc negotio
 est, quando omnes controversia exorta apud & fidelibus ad S. Scriptu-
 ra normam exiguntur Esa. 8, 20. unde vera sententia dictis stabilitur,
 falsa rejicitur. Decisio coactiva est, quando controversia non tantum
 disjudicantur, sed etiam controvertentes & inquieti vi compescuntur,
 de quali decisione agit Deus Deut. 17, 12. Prior est Ecclesia, qua claro &
 perspicuo verbo Dei pronunciat: posterior v. non est.

2. Vetus hujus distinctionis est in allato argumento precedentis di-
 stinctionis; hoc ipsum Iesuitae Colonenses presb̄i formans, & ita:
 Quæ Scriptura de omnibus fidei, etiam Sacramentis judicat.
 illa omnes controversias finit. Sed Canonicas illas non finit.
 E. Ress. 1. In Majoris antecedente esse Elenchum partis: male sequi-
 dem Adversarij Sacraenta ab articulis fidei distinguunt: quid enim
 Locus de Sacramentis aliud est, quam articulus fidei. In minori 2. com-
 mittitur Elenchus effecti & speciei. Quamvis n. per decisionem
 coactivam Ecclesia meras controversias non definit; definit tamen
 easdem decisione discretiva, actio. 12, 28.

III. Distin-

III.
Distinguendum est inter lumen evagin. & eli-
cium; & ex aduentu seu adventitium, seu assumptum.

1. Ex causis efficientibus est hac distinctione. Vt huic distinctioni sa-
visiat, tenendum paucis est, lumen elicium seu evagin. de sumptum,
esse peccatum ab intra, ex subjecta recipia, collatione nimisrum locorum te-
xtrumq. aliorum: lumen v. ex aduentu seu adventitium esse
ab extra petatum. Igitur illud lumen elatum, hoc lumen illatum, docen-
di gratia nominari potest. Accommodatur prolatam distinctionem presentis
controversie: Minime negamus in Scriptura esse quendam obscuram; q-
dam dicimus, quandoquidem & ipse Petrus 2. Epist: 3, 16. de Epistolis
Paulinis inquit, non eis ait, uti impudenter Adversarii sibi imaginan-
tur; sed cu ois, b. e. certis quibusdam capitibus, esse obscura quendam,
sic fuerit olim Esa. 7, 14. 9.6 Dan. 2, 39. 7, 17. Hec ipsa ut explicen-
tur necessum est: explicantur autem non ex ratione humana, sed ex i-
psa Scriptura. Exemplo est Paulus qui Actor. 9, 22. adversarios suos ex
Scripturis convicit. Hilarij axiomata est: Optimus est Scripturæ Lector,
qui intellectum non attulerit, sed retulerit.

Fontes.

2. Iam applicemus datam distinctionem ad argumentum quod-
dam Jesuiticum, quod ita habet: Ad quod intelligendum donum
linguarum, & interpretandi est necessarium, illud ipsum est
obscurum. Atqui ad intelligendam Sacram Scripturam do-
num linguarum, & interpretandi est necessarium Rom. 10 v.
6. 7. 8. 1. Cor. 12, 10. E. Scriptura est obscura. Resp. 1. Est Elenchus in
majori oppositorum: ipsa perspicuitas non debet opponi dono in-
terpretandi; media siquidem & causa instrumentales non debent op-
poni fini, sed subordinari. 2. Est Elenchus partis & finis. Donum
illud linguarum & interpretandi; concessum est à Deo non tam ad re-
movere dam obscuritatem & ignorantiam mentis humanae; quam ad
docendam Scripturam perspicuitatem etiam illu in locis, qui nobis ob-
scuri videntur. 3. Dicimus etiam hoc: ad accuratam omnium locorum
intelligen-

Centu. II. intelligentiam non omnes astringuntur, sed hi solum, qui ad docendos alios sunt vocati. Neq; hoc debet promiscue intelligi: nec enim quilibet pastor tenetur per omnia cum iis, qui alios de Cathedra Academica docent.

IV.

Distinguendum est inter claritatem vel perspicuitatem intellectus, seu rationis: & Fidei.

1. Hac distinctio est adjuncti in sua subjecta. Constat apud Philosophos, inter intellectum cognoscendum, & rem cognoscendam ad aquatam requiri proportionem, qua si quandoq; detur, inde claritas intellectus seu rationis datur, & vulgo claritas comprehensiva audit. Cum v. mysteria in Scripturis sint prosus divina & impervestigabilia, & nihilominus tamen auxilio Spiritus S. cognoscantur Luc. 11, 3. Ioh. 6, 44. non tamen cognoscuntur ducturations 1. Cor. 2, 14. Act. 8, 31. alia inde emergit claritas fidei.

2. Hac D.D. distinctio, quamvis cognitionem habest cum ea, quae dicimus, vnde in Scriptura, aliam esse literalem, aliam v. spiritualem; tamen magna intercedit nihilominus diversitas. Est argumentum Pontificiorum: Cujus primaria materia sunt mysteria, illud ipsum non potest esse perspicuum. Atqui Scripturæ primaria materia sunt mysteria. E. Vel: Cujus res incomprehensibiles sunt, illud ipsum obscurum est. Scripturæ res incomprehensibiles sunt. Resp. breviter ad majorem, eandem fallere Elencho adversorum, quamvis enim incomprehensibilia sunt intellectui, nihilominus tamen perspicua sunt fidei.

V.

Distinguendum est inter ipsam Scripturam perspicuitatem, & hominis infirmitatem.

1. Proposta distinctio ex subjectis diversis, & adversis adjuncti est. Hac

eß. Hec duo membra passim Scriptura probat; perspicuitatem nimis
rum Psal. 19, 9. Psal. 119, 105. Proverb. 6, 23. que loca p̄nūs perspicuita-
tem à comparatis afferunt, vide Rom. 15, 4. ubi ex fine eadem Scriptura
perspicuitas probatur, ut & 2. Tim. 3, 5. Homini u. infirmitatem o-
stendit 1. Cor. 2, 14. Ephes. 4, 17, 18, 19. Matth. 13, 13. Eph. 5, 8. 1. Cor.
3, 5. Ideoq; hoc contradistinctum esse nemo negare poterit.

2. Hec distinctio facit ad plurima argumenta contraria Pontifi-
ciorum solvenda. Hi ita argunt. Quæ Scriptura perspicua est, ca-
ut cōmentariis illustretur, necesse non est. Atqui Scriptura
Canonica ut cōmentariis illustretur necessum est. E. Resp. 1.
Est Elenchum finis, Commentarii siquidem scribuntur & adhiben-
tur non propter Scripturæ obscuritatem, sed propter homini infirmi-
tatem. 2. Est Elenchus materiæ; per cōmentarios si Scriptura ex-
pliatur, non accedit Scripturæ lumen ad ventitum, seu mutuatum &
aliunde assumptum; sed monstratur alijs lumen Scripturæ proprium.
Qui enim cerebris sui cōmentaria Scripturæ addit, ille non lucem, sed te-
nebras eidem affingit. Sunt igitur 3. in Majori falsa opposita, & pro
oppositis habentur, que diversa sunt: quanquam n. Scriptura perspicua
est, nihilominus propter predictas causas cōmentarios adhibere pos-
sumus. Quovsum 4. facit, quod ut dictum est, cōmentaria petuntur
non ex materiâ heterogeneâ, sed homogeneâ, atq; adeo ex ipsa
Scriptura.

Distinguendum est inter judicium publi- cum ex officio; & privatum ex pietate.

1. Breviter; illud pastoribus & senioribus sic dictis competit, ut-
pote qui publicè Ecclesia præsunt, ut commissio populo Scripturas inter-
pretentur Act. 15, 16. 1. Cor. 14, 29. inde sit, ut tales ad accuratam Scri-
pturæ obligentur intelligentiam. Hoc u. ad omnes fideles spectat, si qui-
dem illis præceptum est, ut Scrutentur Scripturas.

Fontes.

2. Hec

Cent. II.

2. *Hoc distinctione usum suum habet contra Iesuitas: hi siquidem grave in nobis dicam scribunt, quod docendo summam Scripturæ perspicuitatem, & lectionem ejusdem Laicis concedendo, illam prorsus profanemus.* Ita argumentum habet: *Qui Scripturam perspicuum & quibuslibet è plebe judicium ex ea permittunt, illi detrahunt ministerio autoritatem (quod tamen, quia divinat, & ministerium divinitus institutum, fieri non debebat. Atqui Lutherani hoc faciunt. E. Resp 1. In Majori esse Elenchum effecti; hoc ipso siquidem minimè derogatur autoritas ministerio, 2. Elenchum secundum quid: qui promiscue permittit plebi judicium, ille derabit; nos v. non ita, judicium publicum presbyterio, privatum Larco.*

3. *Elench. materiæ: Distinguendum est inter loca difficultia; & inter necessaria salutis capita. Nos dicimus Scripturas etiam Laicus faciles esse, quoad necessaria salutis capita; non v. quoad loca difficultia.*
Sub finem hujus Questionis denud nobis in memoriam revocandus est scopus controversie, quem non ita accipiamus, An Scriptura Sacra sit perspicua & facilis ut à quibusvis, etiam ab illis, qui à Spiritu S. non sunt illuminati, intelligi possit? sed hoc est in disceptatione, An Scriptura Sacra iis in locis, ubi agitur de rebus salutis, adeoq; etiam fidei, ita sit perspicua & facilis ut ab iis, qui primitas Spiritus S. acceperunt, & per fidem in CHRISTVM illuminati sunt, intelligi possit?

DE

**DE INTERPRETATIONE
SCRIPTVRÆ.**

VII.

Distinguendum est inter sensum Literalem
seu historicum: & Mysticum, seu
spiritualem.

1. Quandoquidem hactenus de perspicuitate Scriptura actum
est, ordo poscit, ut iam paucis de interpretatione ejusdem agamus. Apud
Pates vere quatuor legimus eosdem agnoscisse Scriptura sensus. Pri-
mus est sensus Grammaticus, ex simplici verborum sene collectus.
Alter est Tropologicus, in quo ad bonos mores, & exhortationes ad
virtutes, Scriptura accommodatur. Tertius est Allegoricus, in quo
mysticus sensus de Christo & Ecclesia elicetur. Quartus est Anagogi-
cus, in quo ad Deum, ad Ecclesiam triumphantem, ad Trinitatem ne-
gotium accommodatur. Allegoria Patribus est vel μοδολογίας, quan-
do Apologi ad moralem institutionem adhibentur; vel σημειολογίας,
cum signa explicantur, quorsum referunt somniorum interpretatio-
nem: vel dunque est Γελογίας, cum ad pietatem accommodantur Ite-
rum, Allegoria erat Patribus vel perfecta, qua constabat τῷ ὄφει &
τῷ νοειδῶν, vel etiam imperfecta.

2. His premissis dicimus, sensum Scriptura vulgo esse duplitem;
Literalis seu historicus est, quem ipsa rei gesta & narratio ac series ver-
borum sub communi & usitata vocum sive propria, sive metaphorica
significatione ipsa litera representat. Mysticus sive spiritualis est,
qui est secretior & in rebus latet quasi absconditus. De hoc Regula
est; Allegoriam tunc locum habere, quando vel necessitas vel utilitas
C 2 postulas.

Centu. II. postulat. Exemplum habemus Matth. 18. v. 10. ubi videtur textus impingere, in quantum preceptum & mutilationem corporis imperare: verum verba non sunt intelligenda secundum literam, sed secundum aliud quippiam, sicutdem Salvator noster hoc vult, occasionem vitandam esse.

3. Et haec quidem haec tenus, ex vulgata opinione adversariorum, qui ea que à Patribus nonnullis dicta sunt, pro errore suo palliando arripiunt. Nostri vero Ecclesiæ circa hanc controvèrsiam hoc affirmant, solum Scriptura sensum literalem esse genuinum, & tum ad diacorātia, tum ad ἐλεγχον sufficientem. Esto argumentum: Qui sensus à Spiritu sancto intenditur, ille est proprius & genuinus. Atqui sensus Literalis à Spiritu sancto intenditur; E. Vnde Author noster in Locis communibus majorib^o concludit p. 49. reliquos sensus præter literalem, non habere auctorem Spiritum sanctum. Addit etiam hanc regulam: Sensus literalis non ille tantum est, quem ipsa verborum proprietas immedietè praefert; sed & ille sensus est literalis, qui ex verbis sive sententijs tropicis ac figuratis resultat: ubi oratio figurata non sic exponenda est, prout verba ipsa secundum superficiem immedia- te sonant, sed in hujusmodi propositionibus non tam vocabula eorumq; propria significatio, quam res, qua per vocabula illa secundum quandam similitudinem exprimitur, est spectanda.

VII.

Distinguendum est inter ipsum Scriptura sensum; & inter consequentias exinde seductas.

1. Ex iam dictis liquet, unicum esse Scriptura sensum; nec enim eandem n^o sum cereum facimus, que huc & huc flecti & reflecti possit. Sit argumentum: Tot sunt Scriptura sensus, quot ab ejusdem auctore intenduntur: nec enim homo eam auctoritatem habet, ut

ber, ut aliquid Scripturæ affingere possit. An plures sensus ab Decur. II.
et iudicem auctore non intenduntur. E. nec sunt plures. Consequen-
tiae vero ex hoc uno sensu deductæ sunt variae.

2. Vxius hujus distinctionis est in illa Questione, An plures sint
Scripturæ sensus quam unus? Bellarm. I. 3. de V. D. c. 3. affirmat,
& sic argumentatur. Cujus exempla dantur, negari non debet,
Atqui duplum esse sensum Scripturæ, exēpla dantur, quor-
sum allegat Gal. 4. 4. ex Genes. 6. E. Resp. ad Minorem, ejusq; proba-
tionem laborare, 1. Elencho testimonij, nec enim ex allegato loco te-
suta probat, quod probare debebat. 2. Elencho definitionis, male n.
consequentias ex uno sensu literali & historico deductas, definit ac de-
scribit per sensum mysticum, literalis sensui oppositum. 3. Elencho di-
stributionis; Ex allato loco distinguuntur consequentiae ex uno sensu
deductæ; non v. ipse sensus discernitur in literalem & mysticum.

IX.

Distinguendum est inter donum Locale,
seu certo subiecto proprium:
& Liberum.

1. Premittenda sunt pauca. Interpres Scriptura Sacra aliis est
absolutus & principalis, & est Spiritus sanctus: aliis vero est nor-
malis & directivus, ipsa Scriptura Sacra: aliis iterum est externus
& ministerialis, vel immediate vocatus, habens testimonium quod-
non posset errare, ut sunt Propheta & Apostoli, 1. Petr. 2. 21. 2. Tim. 3.
16. Actor. 2. 4. vel est mediately vocatus, & non habet testimonium
tale, ceu est quilibet homo minister. Pramittimus & hoc ex auctore
nostro p. 51. Loc. Com. geminam esse persuasione, quo Spiritus san-
ctus de vero & genuino Scriptura sensu nos reddit certiores. Vna est
interna, in τῷ λόγῳ φερίσita, Rom. 4. 21. Coloss. 2. 2. Hebr. 6. 11. alte-
ra externa,

DE SCRIPTURA.

II

Cent. I. ra externa. & illos portosum spectat, qui Spiritu sancto nondum sunt illuminati, sed deinceps de dogmatibus sunt informandi. Horum respectu Spiritus sanctus utitur ministerio Pastorum, ut Scripturam non ex suo cerebro, sed ex ipsa Scriptura elucent.

2. iam ad rem ipsam. Dona Localia sunt, quae certi cuiusdam subjecti sunt propria, quod ipsum apparet imprimis in donis corporalibus, ut colligere licet Gen. 49, 13, 14, 15. & alibi. Ceterum Deus dona quædam voluit esse Libera, imprimis spiritualia, teste Christo, Io-
han. 3, v. 8.

3. Quaritur inter nos & adversarios, à quoniam petenda sit Scripturæ interpretatio? Hi pro Papa respondent. Ita concludunt. Quod nō cuivis est perspicuum, sed Ecclesiaz, illius interpretatio est petenda à presule universali Romano. Atqui Scriptura non cuivis est perspicua. Resp. Breviter ad maiorem, quod laboret Elencho totius, quasi Pontifex sit tota Ecclesia, cum ne sit in pura Dei Ecclesia. 2. Paucis. Laborat Elencho subjecti. Romana sedes non est subjectum proprium, ut sibi soli donum interpretandi arrogare possit: quandoquidem illud Deus non locale sed arbitrarium sibi reser-
vavit.

X.

Distinguendum est inter facilitatem cognitionis, & difficultatem impletionis.

Fontes. 1. Ex diversis & adversis hec est distinctio. Exemplum legitimus Deut. 30, v. 11. qui ait de facilitate cognitionis; & Rom. 8, v. 3. de difficultate & impossibilitate impletionis. Vtiro verò liquet, quid sit facilitas cognitionis, & econtra, quid sit difficultas cōpletio-
nis; sic præcepta legalia facilia sunt intellectu; in impletione verò de-
prehenditur, non difficultas, sed impossibilitas.

2. Stante hac distinctione respondetur ad sequens argumentum: Cui passim difficultatis testimonium dant prophetæ ipsi; hoc non est perspicuum, Scriptura passim difficultatis testimonium dant

dant prophetæ (ceu opinantur) in quenam finem Bellarm. que euan
dicta allegat, Psal. 118. v. 18. E. Scriptura non est perspicua. Ref. Decur. II.
Bellarmus committit 1. Elenchum testimonij dicta, quidem non
loquuntur de difficultate cognitionis; sed de difficultate ratio impossibi-
litate impletionis legis moralis. 2. Elenchum objecti, nulla enim
est consequentia; conqueritur de difficultate, ergo de
cognitionis difficultate.

DECURIA TERTIA.

Distinguen. in orationibus Scripturæ,
prout considerantur vel respectu Dei dictantis; vel respectu Scri-
ptura dicentis; vel respectu hominis audientis.

1. Hac distinctio ex diversis prædicamentis, causæ principa-
lis, instrumentalis; & objecti est. Orationes & voces que in Scri-
ptura occurruerūt, à parte Dei astimatae, & ipsius Scriptura, ordinantur ad
hoc, ut nobis voluntatem Dei revelent, & clari perspicue, proponant
Rom. 15. v. 4. Ioh. 20. v. 31. Homines v. illas ipsas audientes non semper
assequuntur. Act. 8. v. 30. & 31. Luc. 24. v. 27. & 45.

2. Ex hac distinctione respondemus ad argumentum Cardinalium:
quando n. distinguimus inter Res, & modum proponendi, Bellar.
in stat hoc syllogismo. Quod constat orationibus ambiguis, illud
ratiōē modi proponendi non est perspicuum. Scriptura constat
orationib⁹ ambiguis, Ioh. 8. 25. E. Scriptura ratiōē modi propo-
nendi nō est perspicua. 3. Committitur in majori elench⁹ toti⁹:
quod omni ex parte constat orationib⁹ ambiguis, illud non est perspicuum:
d'ac ratione v. negatur minor. 2. Est in minori elenchus efficientis:
si qua sunt phrases in Scriptura ambigua, non sunt tales respectu Dei
dictantis, non respectu Scriptura, que est vox Dei, loquentis; sed ra-
tione hominis audientis, & non consequens, quicq. non vult investiga-
re, sensum DEI in Scripturis loquentis. 3. Est Elenchus subjecti:

ambiguitas

Centu. II. ambiguitas non est in Scriptura, sed in animo hominis. 4. Locus Ioh. 8. minime ambiguus est, si fontem Graecum inspexeris, & consideraveris, verba tamen consuetudine Gracorum per enallagen ponit loco adverbij. Nec ferit scopum Questionis.

II.

Distinguendum est inter sensum Scripturae et internum seu spiritualem: Et notitiam extrinsecam seu literalem.

1. Hac distinctio partim adjunctorum est in sua subjecta, partim vero effectu in causas procreantes. Notitia extrinseca seu literalis, est sensus sive proprius sive tropici, & hic non est effectum gratiosae inhabitantis Spiritus sancti, sed solertia humana, & aliorum concurrentium. Sic Photiniani habent notitiam extrinsecam dogmatum nostri de Trinitate, & tamen carent gratiosae inhabitazione Spiritus S. Sensus Scripturae internus seu spiritualis, non est ab hominis legenti & audienti intellectu, sed solum fluit ab illuminatione Spiritus sancti.

2. Usus hujus distinctionis singularis est contra Photinianos, qui perspicuitatem Scripturae nimis exaggerant, id propterea, ut peccatum originales negare eò tutius possint, & econtra intellectui hominis vires ab orthodoxa Ecclesia negatas, vindicare. Docent autem Scripturam ita esse perspicuam, ut sine speciali & interna Spiritus Sancti illuminatione, solius intellectus humani beneficio posset cogosci & intelligi. Argumentum Osterodi est hoc: Qui virium perfectione pollet, is absq; speciali auxilio Spiritus sancti potest divina in Evangelio contenta percipere. At homo virium perfectione pollet, E. potest absq; speciali Spiritus sancti auxilio divina in Evangelio contenta percipere. Resp. In majori est Elenchus causae solitariae; falsissimum est, ex viribus humanis baculum posse fieri.

fieri; 2. Est Elenchus cause adjuvantis: vires hominis nihil pos-
sunt, solus Spiritus Sanctus facit. 3. In minori est Elenchus ad-
juncti & comparatorium parium; hominem integritate virium
pollere, ut ante lapsum, falsum est. 4. In majori est Elenchus aequi-
vocationis geminus: ut & effecti: notitia literalis extrinsecapro-
fici potest a solertia sensus internus seu spiritualis a solo Spiritu San-
cto est. Roman. 13. v. 25. 2. Corinth. 4. v. 3. 4. 1. Cor. 2. vers. 14.
5. Percipere, ambiguum dicitur, vel vel quo ad nuda verba, vel
quo ad genuinum verborum sensum. Nuda verba homo non distingue-
renatus ex propriis residuis viribus percipere potest; verum autem &
genuinum sensum non habet nisi a Spiritu Sancto. Exemplum ele-
gans est Luc. 18. v. 24, quando salvator noster de passione concionaba-
tur. Discipuli probè noverant, quid flagellari, crucifigi, mori &c. sed
de Messia hac dici, quomodo dicantur, nullo conceptu poterant comple-
ti; erat enim iis verbum absconditum, & non intelligebant,
quæ dicebantur, inquit Evangelista.

III.

Distinguendum inter ea, quæ sunt facilia
intellectu, & ea quæ sunt intellectu
Difficiliora.

1. Ex comparatis imparibus, & comparatis dissimilibus Fontes.
estimari potest presens distinctione. Ea quæ in scripturis extant, hanc
distinctionem admittunt probantque: quid, quod exempla p̄asim sunt
obvia.

2. Monstrabimus usum in solvendo hoc argumento. In cuius
explicatione interpretes variant, illud ut obscurum sit, necel-
sum est. At in scripturæ explicatione interpretes variant. E-
scriptura ut obscura sit neceſſum est. Resp. 1. In majori est E-
lenchus cause procreantis: quod enim interpretes variant, non
est ab obscuritate scriptura; sed quia quædū intellectu sunt difficiliora.

D

Hoc

Centu. II. Hoc sequitur: In quo interpres variant, illud difficultius est intellegi. 2. In minori est Elenchus totius: distingue autem inter ea quae sunt facilius intellectu, & ea que intellectu difficultiora. 2. Pet. 3. 16. ut alias responsones omittamus.

IV.

Distinguendum inter Responsonem & Jevnij, quæ est authenticæ authoritatis; & vñp̄l̄cij, quæ est ministerii humani.

Fontes. 1. Causa procreans est fundamentum hujus distinctionis, ut locus causæ finalis. Est verò responso authenticæ potestatis, quæ per se importat obediendi necessitatem, quemad Deus in scripturis exigit Esa. 30. vers. 21. Responso autem ministerii humani talis non est. Responsus divine authoritas est divina; Ecclesia verò Ecclesiastica, & in tantum probatur, in quantum cum scripturis consentit.

2. Applicabimus hanc distinctionem in questione, de interpretatione scripture. Formabimus autem primò statum questionis: & statuscō-post modum subjiciemus argumentum. Statum controversie quæ trrovergia attinet, Quæstio ratione subjecti non est, An donum interpretandi scripturas commune sit omnibus fidem Christi profidentibus? docemus enim, non esse omnium, sed illorum tantum, qui divinitus sunt illuminati à spiritu Sancto, et cognitam habent tam phraseon quam verborum ΕὐΦαντῶν, 1. Corinth. 12. vers. 10. Nec queritur ratione causæ efficientis, An interpretatio scripture, cuiusvis iudicio & arbitrio sit relinquenda? nam & hoc negamus, ex 2. Pet. 1. versic. 20. Nec disputatur 3. rationi subjecti, An donum interpretationis in Ecclesia inveniatur? nemo nostrum negat: vide Iohann. 14. versic. 16. 17. 3. Corinth. 2. vers. 12. 13. 14. Ephes. 4. vers. 11. Nec 4. est quæstio de aliquali interpretatione, sed de inter-

interpretatione certa, & infallibili, unde petenda? Nec denique Decu. III.
quaestio est ratione comparatorum, de quoquā interprete, sed de
et in cujus dictis standum acquiescendumque est. Status igitur que-
stionis è redit. An scripturæ interpretatio à Cōcilio sit petēda,
An verò scriptura sibi ipsi ad sui interpretationem sufficiat,
ejusque verus proprius sensus à Doctoribus Ecclesie, tan-
quam literatum sacrarum interpretibus, à Deo & ex solis scrip-
turis, peri possit ac debeat? Nos negamus prius, affirmamus po-
sterius: Pontifex verò, ut rem suam facere posse, dominari scriptu-
ra, & Ecclesia, prescribere credenda facienda, affirmat prius,
negat posterius.

3. Argumentum Pontificiorum: Qui potestate in respon-
dendi in Ecclesia habet, ille est supremus iudex veri sensus
scripturæ. At Pontifex potestatem respondendi in Eccle-
sia habet, Hag. 2. vers. 11. Malach. 2. vers. 7. Ergo Pontifex
est supremus iudex veri sensus scripturæ. Respond. In majori est
Elenchus causa efficientis, propter confusionem causa principa-
lii & ministerialis: Qui habet potestatem respondendi authentiuās
ille est supremus iudex veri sensus scripturæ. Authentiūas vero
Spiritus sanctus respondet; homo verò saltē ὑπερτινῶς. 2. Vnde
Elenchus comparatorum resultat; concludunt siquidem Ponti-
ficii ab aliquali potestate, ad summam illam judicandi libertatem,
ad eōq; à minori ad majus affirmative. 3. In minori est Elenchus
causa voluntaria: non enim sacerdotibus in Vet. Test. erat permis-
sum liberum respondendi arbitrium, verum adstringebatur ad legem,
& ad testimonium, Isa. 8. vers. 20. Deuter. 17. vers. 8. 9. 10. 11.
12. 13. quo factō summa potestas penes Deum remanebat. 4. Est
etiam Elenchus generis: quando unquam n. Papa Propheta factus
est. 5. Elenchus comparatorum parium; nec par est ra-
tio sacerdotum in Vet. Testam. & Antichri-

sti in Novo.

D 2

Dissim.

Distinguendum est inter praesidem expen-
dendarum controversiarum, & judi-
cem controversiarum deci-
dendarum.

1. Hac distinctio est subjecti occupantis in adjuncta occu-
pata, eaque diversissima, ut & finium diversorum. Quandoqui-
dem juxta monitum Apostoli 1. Cor. 14. v. 40, in Ecclesia omnia de-
bent ordine fieri, in expendendis controversis necessum est aliquem
praesidere, qualis in concilio Apostolico fuisse creditur Iacobus, Acto-
r. 15. versic. 13. Aliud vero est judex decidendarum controversi-
arum, & quidem multis parasangis Major.

Fontes. 2. Hinc solvimus sequens argumentum. Qui in rebus sacris
praesidet, ille est judex interpretationis & controversiarum.
At sacerdos sumus in rebus sacris praesidet, 2. Paral. 19. vers. 11
Ergo est judex interpretationis & controversiarum. Vnde por-
ro summum suum pontificem argutant. Resp. In majori est Elen-
chus parium, non enim eadem est ratio praesidere expendendis
controversiis; hoc est, habere regedem etiam, & conventum Ecclesiasti-
cum moderari: et iudicem esse interpretationis, decidendarum
que controversiarum. Prius sacerdos erat in V. T., posteriorius non
erat: vide que so v. 8. 9. 10. antecedentes: neutrum vero hodie est.
Pontificis. 2. Est Elenchus descriptionis: potestas siquidem, de
qua disputamus, definienda est ex alii principiis, no ex praesidio locali.
3. Elenchus subjecti proprii: falsum est potestatem judicandi
ad Cathedram adstrictam esse. 4. In minori est Sophisma adjuncti
contingentis: falsum, sacerdotes semper hacten parte praesidere. 5. Ca-
cume oportet, qui non videt distinctissima esse, praesidere conven-
tui, & praesidere dogmatibus, quod est nullius hominis.

Distin-

Distinguendum est inter interpretem
summum, & ministeriale: item
publicum & privatum.

Fontes.

1. Prima distinctione est à comparatis; altera è subjectis: summus interpres scripture sacrae est, Deus ipse, Pater, Filius, & Spiritus sanctus; pater enim loquitur & judicat per filium, & hi ambo per Spiritum sanctum. Vid. 1. Cor. 2. v. 12, 13. 1. Ioh. 2. vers. 27. Ministerialis potestas est partim scripture sacrae, hac enim est epistola Dei, per quam nos alloquitur, & suam nobis exponit sententiam: partim Orthodoxe Ecclesie, in qua est donum interpretandi, Iohann. 14. vers. 16, 17. 1. Corinth. 2. vers. 11. & seqq. Et hactenus quidem interpretandi potestas publica. Quid: quod privati etiam homines tenentur nisi scripturas, ejusque sensum investigare, & ediscere, ubi necessitas posulat, juxta illud, Iohann. 10. v. 15. Eph. 4. v. 14. Philip. 1. v. 9, 10.

2. Ex hac definitione solvit sequens argumentum: opponunt nobis Pontifici authoritatem Athanasii, & ita nugantur: ad quos claritudinis & evidentiæ ergo defugiendum est, & à quibus intellectus excipiendus, illi habent potestatem interpretandi scripturas sacras. Sed ad sanctos (patres) evidentiæ & claritudinis ergo defugiendum est, & ab iis intellectus excipiendus. Ergo habent potestatem interpretandi scripturas sacras. Quo pacto fit, ut quia Patrum authoritas à nutu Pontificis pendet, tandem ultima analysis definat in Pontificem Romanum, coganturque omnia loqui ex sensu Pape, qui eosdem torquet, contorquet, distorquet, & inde retorquet. Respond. 1. Argumentum ignorat Elenchum; nihil enim ad questionem facit; que est de summo interprete. 2. Imò, Questione non est de interpretationis causa instrumentalis,



Centu. II. mentali, sed de interpretationis fonte. An scriptura sibi ipsi ad interpretationem sufficiat. 3. Major fallit sophisme descriptio-
nis & finis: ad quos claritudinis & evidenter gratia defugiendum
est, & intellectus excipiendus, ille non propterea pro summo ag-
noscitur. In minori est 4. Elenchus majorum. Sancti patres non
sunt summi interpretes; sed saltem ministeriales. 5. Elen-
chus Syntaxeos, sive compositionis & divisionis: Athanasius
in loco allegato de Apostolo Paulo loquiur, non de patribus.

VII.

Distinguendum inter potestatem interpre-
tandi Propheticam seu Apostolicam, & pa-
storalem ordinarie ita dictam.

Fontes.

1. Distinctio proposita est è subjectis: quamvis & compara-
tis imparibus majoribus & minoribus estimari posset. Est ve-
rò ut rem statim aggrediamur, potestas interpretandi prophetic-
a & Apostolica, a bea, quod habent pastores ordinarie, adeoq; o-
mnes fideles, diversissima. Nam illi habent longè superiorem, hi ve-
rò inferiorem: quandoquidem Episcopi & Pastores, quotquot post
Prophetas & Apostolos fuerunt, sive singuli, sive in concilio episo-
cialibus congregati, non accipiunt & cognoscunt genuinum sensum.
Apostol. & alios per immediatam illuminationem; sed cum imploratione divina illu-
minationis, multoq; labore, assiduoq; vigiliis. 1. Corinths. 14.v. 29.
1. Corinth. 10. vers. 15. 1. Thess. 5. vers. 20 Hic requiruntur media
præcedentia meditationem scripturarum, ut sunt agnitus pro-

Differen-
tiainter
Apostol.
& alios
Pastores.

Media ad
intelligen-
tiam scri-
pturarum

pria infirmitatis Prov. 2. vers. 6. 2. Petr. 1. vers. 20. preces, Matth.
7. vers. 7, 8. Psalm. 25. vers. 4. 5. docilitas Iohann. 3. vers. 21. & alias:
media in ipsam meditatione, quæ sunt collatio, inspectio fontis origi-
nalis, cuius egregium usum monstrat Theologus doctissimus Dn. Do-
ctor Franzius pref. cap. 6. & media post meditationem,

2. Stante

2. Stante has distinctione exspirat Argumentum Bellarmini se- Decu..III.
 guens. Quod fuit Moyses in V. T. in Ecclesia Isrælitica, hoc
 est Papa Romanus in Ecclesia Christiana. Sed Moyses fuit
 summus interpres scripturarum in V. T. in Ecclesia Israëli-
 tica. E. & Papa Romanus est summus interpres in Ecclesia
 Christiana. Resp. mira est in impudentia Romanensem. Est verò
 in majori 1. Crassissimus clenches parium, quid Papa cum Moysè
 idem quod Christo & Belial. 2. Diversissima est ratio inter eos qui
 sunt immediate à D E O vocati, qualis Moyses fuit, quiq; habent
 potestatem interpretandi Propheticam Apostolicam q; hinc in
 interpretantur scripturas, & de interpretatione judicant, ut viri Dei,
 ad doctrinam exponendam peculiarter destinati: & alios, cum qui-
 bus secus sè res habet, & cum ijs, qui habent potestatem pastoralem
 ordinariè sic dictam. 3. Est Elenchus speciei: Papam enim
 esse ordinarium doctorem unde probaverit, si seducere docere est, abi-
 quid obtinet. 4. At non alit sophisma majorum; Moses siquidem
 non fuit supremus interpres (hoc enim Spiritus sanctus est, ut pote-
 autor scripturae) sed saltem internuncius Dei ad populum, & econtra,
 Ex. 18. v. 15. & 16. v. 7. 8. 5. Nec Ecclesia habet absolutam & simplicem
 potestatem interpretandi scripturas; sed saltem ut ministra tum Dei,
 tum scriptura.

VIII.

Aliud est esse judicē veri sensus, & aliud esse
 indicem & internuncium; vel dist. inter veri sensus judicium
 & indicium.

Fontes.

1. Ex adjunctis occupatis hec est distinctio. Ex antece-
 dentibus vero liquet; quid sit Index veri sensus; & quid sit
 index & internuncius veri sensus; hec duo enim diversa esse non
 nisi impudens & imprudens negaverit. Ut ergo tamen termi-
 nus propriè accipiendo est,

Cent. II. 2. Argumentatur Bellar. in hunc sensum. Quod non est cuiusvis fidelis, illud necessario est, solius Ecclesiae. Interpretem esse, non est cuiusvis fidelis, quia donum interpretandi non omnium est, ait, Ex. 1. Cor. 12. v. 8. 9. Ergo illud necessariò est solius Ecclesiae. Vides quomodo Bellar. iterum ad Pontificulum Tarpejum festinet. Quod enim solius Ecclesie est, illius potestatem residere apud Papam (scilicet!) Ecclesia caput, putat lesuita. Resp. I. In majori est sophisma disparatorū. Quod nō cuiusvis hominis est, annum propterea tantum solius Ecclesiae? imò quomodo Papa? quid, si majoris partis? 2. Et Elenchus causarum adjuvantium; falsum est, de interpretatione, que solius sive Spiritus sancti, sive scriptura est, participare Ecclesiam, vel doctores Ecclesie: quod enim quidam donum interpretandi habent, non habent à se ipsis, sed à Spiritu sancto, Iaco. 2. v. 17. Ecclesia enim universa, non est judex veri sensus, proprie loquendo; sed tantum index & internuncia. De dono 3. Ad minorem dicimus, Non dari cuique fidelis spiritum interpretandi scripturas, nempe ad autoritatem publicam in Ecclesia: sed tamen unius cuiusque Christiani, est spiritus ille, ad privatam doctrinam probationem, & dijudicationem, in conscientia ipsius. 1. Corin. 12. vers. 3.

IX.

Aliud est, esse judicem veri sensus scriptura, & aliud, esse judicem interpretationis
hujus est illius hominis.

Fontes.

1. Hac distinctio est adjuncti occupantis in duo subjecta occupantia, & sualuce claret. Iudicare de vero sensu scripturarum, Spiritus sancti; jucicare de hujus vel illius hominis interpretatione, Ecclesia est, quia est columna & firmamentum veritatis.

veritatis. Probantur nihilominus hec duo membra, quia sensus Decu. III. scripturae perpetuò sibi constat, interpretationes hominum non raro contradictorie sibi sunt opposita.

2. Applicamus hanc distinctionem ad instantiam, que movetur propriori argumento: Quod judicat sententias patrum, an scripturis sint consentaneæ, an dissentaneæ; judicat verum sensum scripturæ, Ecclesia judicat sententias Patrum, an sint scripturis consentaneæ, an dissentaneæ. Ergo Ecclesia judicas verum sensum scripturæ. Resp. 1. In majori esse clenchurn materię: sententiae enim Patrum, quia non raro discrepantes sunt, non sunt ipse scriptura sensus, qui est unus. 2. Est Sophisma patrum: Aliud est esse judicem veri sensus scripturæ, quod non est proprium Ecclesie, scriptura n. interpretatio quod sensum & usum, à solo Deo ex ipsa scriptura petenda est: & aliud est judicem interpretationis huius vel illius hominis, & hoc est Ecclesia.

X.

Distinguendum est inter confirmationem
Fraternam, Collegialem, & Princi-
palem.

1. Fontem huius distinctionis monstrat locus à causis procreantibus. Confirmatio fraterna fit singulari consensu, Actr. 15. v. 31: collegarum, fit communī suffragio: principis & capitis fit summa potestate 2. Sam. 5. v. 12.

2. Usus huius distinctionis est in solvendo sequenti argomento: Qui aliorum Apostolorum Evangelia confirmat, is est summus scripturarum interpres, adeoque hanc potestatem ad successores transmittit. Sed Petrus aliorum Apostolorum Evangelia confirmat Gal. 2. vers. 2. Ergo Petrus fuit summus scripturarum interpres, adeoque hanc potestatem ad successores

E

fores

DE SCRIPTURA.

34

Cent. II.

sores transmisit. Vnde iterum ad Papas recurritur. Respond. 1. In maiori esse Elenchum à dicto secundum quid; ut etiam causa efficientis: Qui alterius Evangelium & doctrinam confirmat, summa auctoritate, ut caput & princeps, ille est summus scripturarum interpres, secus veritas habet, si confirmat, ut frater, & ut collega. In minori 2. est Elenchus effecti: Petrum enim apostolorum ceterorum Evangelium confirmasse, ex allegato loco minimè probari potest, nisi quod confirmavit singulari consensu ut frater, & communis suffragio, ut collega, 3. In maiori est Elenchus parium, Etiam si verum esset Petrum tale quid fecisse, & fuisse caput Apostolorum, nihil tamen inde ad Papam. Vnde 4. emergit Elenchus adjuncti communis: quod enim solius Petri proprium est, quid hoc sit tot pessimorum Paparum.



DECURIA QVARTA

I.

Distinguendum est inter significationē verborum ipsius narrationis Biblica: & inter significationem reigesta, narratiōne ista comprehensa.

Fontes,

1. Et hec distinctione est adjuncti in subjecta. Significatio verborum est, quam verba immediate praefuerunt, sive fiat dictio ne simplici, sive figurata; literalis enim sensus non est ipsa figura, sed id quod est figuratum. Nam cum scriptura Dei brachium nominatur, non sensus est hic literalis, quod in Deo sit membrum corporeum, sed id, quod per hoc membrum significatur, scilicet virtus operativa: sic intellige Psalm. 91. ver. 13. Isa. 11. ver. 6. ubi sensus literalis est, quem verba illa figurata recte explicata, & in simplicem dictionem conversa, suppeditant. Vid. dec. 13. dist. 6. numer. 1, & 2. Quod signi-

Significationem reigestæ attinet, non negandum est, auctore Decu. IV.
 scriptura, s. sanctum, nonnulla scribi voluisse, qua mysticum
 sensum prater literalem continerent, id est, que secundum literam idre-
 ferrent, quod alterius rei typus esset, qua ratione duo filii Abrahae,
 duo pacta figurant, Galat. 4. ver. 22. Aeneus serpens Christum.
 Iohann. 3. ver. 14. Jonas mortem & sepulturam Christi, Matt. 12,
 ver. 40. An vero huiusmodi sensus sit ex intentione Spiritus San-
 cti, nam constat nobis, nisi ex alio libro, qui & ipsi instinctu eiusdem
 scripti, ad eum modum exponunt. Quo facto fratum injicitur Ponti-
 ficiis, qui in Allegoriis suis, τὸ ἀλόγονον (ipsa verba intellige) &
 τὴν ὑπονοίαν, (intellige mentem & sententiam) male tractant.

2. Disputatur inter nos & Pontificios, de sensu scriptura sa-
 cræ: statum questionis rectè explicare, est opera precium. Non
 quaritur 1. ratione testimoni, An quidam ex Patribus multi-
 plicem scripturæ sensum agnoverint; quod nihil ad rem facit. Nec
 2. Ratione conjugatorum, An Theologi circa interpretationem
 scriptura occupati, unum eundemque locum varie accommodare
 possint, quod non negamus, An vero semper debeant non asserimus,
 iudicio gravissimorum virorum. Nec quaritur 3. ratione di-
 sparatorum, an in diversis axiōmatibus & locis, una vox posse
 habere plura significata, quod ultra largimur. Nec 4. ratione
 subjecti: An res quædam contineant sensum mysticum, & ty-
 picum, uti jam dictum fuit. Omnis autem Disputatio, è redit,
 An unum idemque verbum (non res) uno & eodem in loco
 (non diversis) unaque eademque axiomatis parte, ex inten-
 tione Spiritus Sancti (non hominis collectione & applicatione)
 prater literalem sensum, plures habere possit, sive
 tres, sive quatuor constituantur? Pontifex affirmit
 nos negamus. Pontifex vero propriea affirmat, ut hac ratio-
 ne Scripturam ambiguitatis arguat, & eandem cogat, non versutia
 alia significare, quam qua existimat sibi usui fore, & Papæ
 emolumento. Consignarunt olim Pontificis aliquot capita sic

Centur. II Religionis, que ex scripturis probari non posse, palam confessi sunt, quorundam reiulerunt, Missam, invocationem sanctorum, merita operum, & denique tremendum primatum Papae, & infinita alia. Verum hodierni lesuita, Babylonis propugnatores, verentes ruinam murorum, mutarunt animum, & omnia ex scripturis probare conantur, sensu à scripturis alienissimo. Aliter igitur non possunt, quin ad variis sensus confugiant, unde est, quod scriptura in regno Pontificio, non amplius loquitur, quod sonat, sed quod illi ipsi audiunt, intelliguntq.

3. Habent Adversarii hoc argumentum, Vbi est sensus, Tropologicus, Allegoricus, Anagogicus, ibi sunt sensus varii. In scripturis tales sunt. Ergo in scripturis sunt sensus varii. Vel: Quot sensus in scriptutis extant, tot sunt agnoscendi. Sed plures quam unus in scripturis extant, Exod. 12. v. 46. quod Iohan. 19. v. 36. de Christo mystice & typice allegatur. Ergo. Resp. ad primum Syllogismum. 1. Esse in maiori fallaciam distributionis: Tropologia, Allegoria, Anagogia, non sunt species varij sensus; sed sunt species, & modi diversarum unius sensus accommodationum. In minori 2. est fallacia subjecti: non sunt in scripturâ, sed in libris Dd. Ecclesiae quorundam. In secundo Syllogismo idem, 3. subjecti elenchus recurrit: Ex data n. distinctione, sensus ille typicus, non est in significacione verborum, sed in significacione rerum. Vnde 4. emergit ignoratio elenchi, hoc dicimus, quod una vox, uno in loco, eademq. loci parte, non posset habere diversas significaciones. Vno in loco quidem, & eadem loci partem in una & eadem enunciatione simplici, una vox his posita, diversis in axiomatis partibus, diversas significaciones habere potest, ut: 1. Samuel. 1. ver. 24. de Samuele dicitur, puer erat puer: ubi in subiecto vox pueri in predicamento substantia accipienda est, pro homine, in predicato, in predicamento quantitatis, pro atate. Vid. Rom. 9. v. 6.

Media

Media pervenienti ad veram interpretationem, considerantur vel ratione υποτεως, possessionis; vel ratione χειρως, legitimi usus.

1. Hac distinctio est à causa finali. Media illa, ratione υποτεως Fontes. considerata, publicè prostant in Ecclesia DEI catholica, Deus n. in scripturis omnibus loquitur, & vult, ut omnes scripturas legant, & cognoscant. Ceterum, legitimus horum mediorum usus, ad paucos reddit: videmus siquidem multos hac in partē impingere. Eò recidit, ac si distinguant, hereticos habere verbum Dei, in scriptis, seu habere distinctio scripta Prophetica & Apostolica: sed non in vero sensu.

2. Applicabimus, datam distinctionem hoc modo. Facta modò est mentio, mediorum, quibus pervenire possumus ad verum scripturarum sensum. Contra illa Stapletonus ita nugatur. Quod commune est hæreticis & orthodoxis, ex illo certus scripturæ sensus haberi nequit. Atque media, quæ Lutherani nominant, sunt cōmunia hæreticis & orthodoxis, possunt siquidem & illi conferre antecedentia & consequentia, observare phrases, loca parallela inspicere, considerare fontes, &c. Ergo ex illi mediis quæ Lutherani nominant, scripturæ certus sensus haberi nequit. Resp. in majori & minori, est elenchus parium; falso sum siquidem est, hec media ex equo esse communia hæreticis, & orthodoxis. Vsurpamus verba Doctoris Ienensis, qui inquit: Concedimus de jure, negamus de facto. Media enim haec, quamvis cōmunia sunt, vel potius esse possunt, Hæreticis & orthodoxis, ratione υποτεως seu possessionis; non tamen ipsam communia χειρως, seu usus legitimi. Etiam Diabolus al- legat, & habet scripturam Matth. 4. ver. 6. ergone scriptura contra hæreticos non licet uti? 2. Vnde in majori est elenchus effecti:

falso enim est, vanumq; quod exinde nobile hoc effectum negatur.

III.

Distinguendum est inter difficultatem intelligendi à rebus ipsis, & difficultatem ab hominibus percipientibus.

Distinguend: est inter rerum tantarum cognitionem, & comprehensionem.

1. Hac distinctione à causis procreantibus est. Notabile autem videtur, quomodo quedam in scripturis sint difficultia intellectu. Alia quædam difficultas est in rebus ipsis, de quibus agitur, vel propter obscuritatem, ut sunt res futurae; quarum notitia soli Deo reservata in scripturæ est. *Esa. 41. v. 22. 23.* vel propter Majestatem & excellentiam, ut mysterium Sacrae Trinitatis, Unionis personalis. Dogmata insuper que in scripturis traduntur, habent quedam credendi difficultatem, ut Deum esse trinum in personis in unitate essentiae, Christum esse verum Deum & hominem in una persona, omnes mortales resurrectos ex terra pulvere: quedam vero non ita habent, ut esse DEUM, esse unum, esse omnipotentem, esse omniscium, &c. Alia difficultas est ab hominibus percipientibus, homo vetus enim non potest intelligere, novus autem in tantum capit, in quantum ejusdem fert renovatio, que in hac vita inchoatur ex parte tantum.

2. Stante hac distinctione solvit sequens argumentum. Subjectum de quo disputatur, necessarium est obscurum esse. Scriptura est subjectum de quo disputatur. Ergo eandem obscuram esse necessarium est. Resp. 1. Ad maiorem, de quo disputatur, illud est obscurum, vel per se, vel per accidens, & quidem vel omnibus vel aliquibus tantum. 2. Vnde Sophisma procreantis: Difficultas non oritur solum à rebus ipsis, sed etiam ab hominibus eandem non percipientibus. 3. Si questio est de rebus ipsis, difficiles sunt vel pre-

pter-

pter obscuritatem suam, vel propter maiestatem & excellentiam. Decu. IV.

Hinc emergit Elenchus contradicentium: quæstio non est de rebus ipsis, in sespectatis, sed eo modo, prout sunt revelatae in verbo Dei.

4. Quin ut paucis rem finiamus, notamus vel potissimum huius elen-chum efficientis, qui indies recurrit: perpetua disputationes ori-untur, non ex insufficienti inscripturis rerum Sacrarum cognitione; sed ex negata earum totali comprehensione. Si enim in revelatione homines acquiescerent, & non ultra scripturas sapere vellent, esset, quod hanc intemperiem finiret.

3. Sub finem huius distinctionis notandum, cur Deus volu-
erit, ut essent quædam dovræntia in scripturis. Nimis ut 1. com-
mendet nobis Maiestatem mysteriorum: demonstrat 2. ignorantiam scriptis
nostram; 3. invitet nos ad diligentem lectionem & meditationem; quædam
4. avocet nos à vanis & inutilibus, 5. excitet in nobis admirationem difficultia,
6. inflammet nos ad preces, 7. doceat nos dignę humilitatem: 8. & ut
demonstrat magnificiendum esse ministerium Ecclesiasticum. Nota
Inter nos & Pontificios controversiam non esse, de totali perspicui-
tate scripture, nec enim assertimus, omnia in scripturis intellectu esse
facilia: sed de totali obscuritate scripture, quam constanter negamus.
Sunt etiam alia, vorum non omnia pagina capit. Addetamen & hoc,
distinguendum esse inter intelligentiam, & intelligentię gradū;
Etiam res faciles possunt explicari, quid enim clarius est oratione Do-
minica, & nihilominus admittit explicationem, non quidem propter
intelligentiam, ut intelligatur. Sed propter intelligentię gradum, ut distinctio
intelligatur melius. Quid? quod scripture est lux actuosa & com-alia
municativa, sed in medio disposito; non quidem, quod hoc ipsum
inxarōtū activa sit. Sed quod tale sit
inxarōtū passiva.

DE

DE CERTITUDINE ET infallibilitate scripturæ sacræ.

IV.

Distinguendum inter contradictiones

$\alpha\lambda\eta\vartheta\omega$ tales; & tales $\phi\alpha\nu\omega\epsilon\nu\omega$.

Fontes. 1. Fundamentum & fontem hujus distinctionis, suppediat locus in logicā notissimus, quāquam hac in parte non Logicē. Contradictio $\alpha\lambda\eta\vartheta\omega$ talis est, que quadrat ad quatuor requisita oppositorum: $\phi\alpha\nu\omega\epsilon\nu\omega$ s verū talis est, que in uno & altero, vel etiam omnibus, simul fallit. Hoc tunc evenit, quando rerum Logicarum imperiti, dissimilia pro oppositis habent.

2. Monstrabimus usum in sequenti argumento. Quātur; An scriptura sacra sit certa & infallibilis? Affirmativam tenemus, negativa videtur adstrui hoc Syllogismo: Quicquid passim involvit contradictiones, illud non est, certum & infallibile, quia altera pars contradictionis est falsa. Sed scriptura passim involvit contradictiones. Ergo non est certa & infallibilis. Resp. 1. In majori & minori esse Elenchum speciei; Quicquid involvit contradictionem $\alpha\lambda\eta\vartheta\omega$ tam, illud non est certum & infallibile. Scriptura vero nūspīam tam involvit, sed saltem quedam tales videtur $\phi\alpha\nu\omega\epsilon\nu\omega$ s. Aliud autem est ēvā, & aliud $\phi\alpha\nu\omega\epsilon\nu\omega$ s 2. Vnde in minori est elenches definitionis, qua n. in Scripturis hac in parte occurruunt, non sunt definienda per contradictiones. Aliud est ēvā $\omega\alpha\nu\omega$ s, & aliud ēvā $\phi\alpha\nu\omega\epsilon\nu\omega$ s.

Distr-

Distinguendum est in scripturis inter
sensem; & inter voces externas sen-
sum exprimentes.

1. Hec distinctio est subjecti & adjuncti. Sensus scripturæ certus Fontes.
est, & perpetuo est sibi constans; voces vero sensum exprimentes va-
riari possunt. Centuria 1. prope eadem est distinctio, sed hoc ab illa
non nihil differt. Fundamentum exinde liquet, quod scripture alias
realiter sumitur, quaratione aeterna est, Psal. 119. v. 89. Esa. 40. v. 8.
Matth. 5. v. 8. & 24. v. 35. Alias vero accidentaliter, quo ad apices
& syllabas.

2. Hinc solvimus sequens argumentum. Quod certum est, &
infallibile, illud est aeternum. Scriptura non est aeterna, quia
ali quando cessabunt Prophetiae, & linguae, 1. Cor. 13. v. 8. Er-
go non est certa & infallibilis. Resp. 1. Major impingit in E-
lenchum definitionis, nam aliquid in hac vita certum & infallibi-
le esse potest, quod non est aeternum: certa & infallibilis est crux pio-
rum, & tamen non aeterna, nec in vita eterna habebit locum, Apoc. 7,
vers. 17. 2. In minori est Elenchus accidentis, Quid enim, sen-
sus scripture manet, quævis voces externæ, sensum exprimentes, non
maneat, juxta Apostolum: unde Iohannes in sancta civitate non vi-
dit templum, Apoc. 21. v. 22. Adde 3. in hoc argumento committi
elenchum subjecti & adjuncti: putant, qui hoc utuntur, literos &
syllabas subjectum esse, sensum adjunctum: falso, res ipsa sensus, sub-
iectum est, adjunctum sunt literæ apicesque.

VII.

Distinguendum est in scripturis, inter ea,
quæ dicuntur nomen diabolus Spiritus Sancti: & ea, quæ
nomen deorum hominum.

F

1. Hac

DE SCRIPTURA.

Cent. II. 42

1. Hec distinctione est à fine, quandoquidem spiritus sanctus aliud intendit, aliud verò opinantur, sibique propositum habent homines, Matth. 8. v. 12, & cap. 9. v. 12, 1. Cor. 8. v. 12; Gal. 4. v. 4. Spiritus sancti diuina certissima est, nec enim prophetica visiones falluntur: hominum verò dōξa & opinio quam longissime abit sapè & veritate.

2. Usus hujus distinctionis est in iam proposta questione. Est hoc argumentum. Quod dubitative loquitur, penes illud non est certitudo. Scriptura dubitative loquitur, Ioh. 14. v. 12. 1. Sam. 34. v. 6. Dan. 4. v. 24. Amos 5. v. 15. Actoř, 6. v. 12. 2. Tim. 2. v. 25. Ergo penes scripturam non est certitudo. 3. In majori sunt falsa aduersa; dubitative loqui, non est oppositum certitudini, per se, sed lóquicerie. Potes autem quis dubitative loqui respectu aliorum, & penes se habere in fallibilem certitudinem. 2. In minori est Elenchus finis: loquitur scriptura dubitate, non nārā dōξav spiritus sancti, sed nārā dōξav, hominum. 3. Noto & hoc, quod in locis allegatis scriptura loquatur, non de remissione peccatorum, que pénitentibus certa est; sed de mitigatione, vel etiam totali suspensione, parum temporalium.

VII.

Distinguendum est accurate; lex consideratur quo ad umbram, prophetæ, quo ad oracula de Christo venturo: & tam lex, quam prophetæ quo ad substantiam doctrinae.

FONTES.

1. Ex adjuncto tempore, & relatis, ut & materia petita est præsens distinctione. Lex quoad umbras cōsiderata, quas habuit, abrogata est, Col. 2. v. 13. 16. & prophetæ ratione oraculorū de Christo exhibendo, durarunt usq; ad Iohannem, Mat. 11. v. 13. substantia verò doctrinæ tam legis quam prophetarum, non est abrogata; verbi siquidem Dei non tam lex, quam vaticinia prophetarum.

2. Ex hac distinctione solvimus sequens argumentum: Quod abrogatum est, non fuit certum, Heb. 8. v. 13. V. T. abrogatum fuit. Ergo

E. non fuit certum. 1. in majori est elenchus Adversorum; Decu. IV.
non enim sunt adversa, certum esse, & certo tempore abrogari. 2. In
minori est sophisma definitionis: ignorat nimis Syllogismus,
quid sit V. T. quod abrogatum dicit. 3. Est Sophisma à dicto secun-
dum quid, vel disparatorum: Desit lex quantum ad umbras, &
Prophetæ, quantum ad oracula venturi Christi prænuntia uigil
ad Iohannem durarant; quantum v. ad substantiam doctrinæ, at-
tinet, nec lex nec Prophetæ desierunt Mat. 5. v. 17. ideoq; certitudini &
infallibilitati scripture nihil decedit. 4. Imò quamvis malitia homi-
num, Tyrannorum imprimis, multas insidias struxerit scripturæ; pro-
videntia tamen Dei easdem semper affervarit.

VIII.

Distinguendum est inter res fundamentales fidei; & inter rati-
cationes & determinationes alias.

1. Ex subjecta materia diversa est hec præsens distinctione: sunt
autem res fundamentales fidei quæ concernunt articulos ad salutem ne-
cessarios, de quibus supra. Rationes & determinationes aliae
alio referuntur.

2. Applicatio hujus distinctionis solvit sequens argumentum:
Quin unquam simul errant, illis interpretatio scripturarum est
permittenda. Patres nunquam simul errant. E. interpretatio
scripturarum illis est committenda. 1. in majori est elenchus
adjuncti occupati. Hominibus enim illis, qui vel maximè non
errant, interpretatio scripturarum non est permittenda; scripturam n.
interpretari effectus Spiritus sancti proprius est. 2. In minori est elen-
chus subjecti: Posito n. (non tamen concessa) Patres omnes simul non
errare: saltem hoc concernit res fundamentales fidei; errarunt tamen,
si non omnes pleriq; tamen, in determinationibus & ratione
scripturarum prout Pa-
pa vult, illa nō est concedenda. 3. Quid quod etiam in illis patres, quos
vocant, ones simul & idem docuisse, nung, habentes probaverunt.

**DE PERFECTIONE SCRIPTV-
ræ Sacrae.
Status Controversiæ.**

Non minor ac in precedentibus hoc loco est questio: ideoq; ante omnia necessum, statum Questionis recte expliqueare. Quando vero disputamus, de perfectione scripturæ sacrae. Questio 1, ratione quantitatis non est, An omnes Christi, Prophetarum & apostolorum, quas habuerunt conciones, miraculaq; que ediderunt sint consignata: obstat enim locus, Ioh 20. v. 30, 31. & cap. 21. v. 22. 2. Nec queritur ratione formæ, An totidem Syllabis, verbiq; conceptis totidem fuerint habita, novimus siquidē, quod scriptura a p̄e dicta & facta recitat, non quo literas & verba, sed quo ad similitudinem & sententiam Ose. 13. v. 3. 4. Gen. 32. v. 24. & seqq. Nec itidem ratione formæ, An tota doctrina fidei & morū exp̄esse & diserte pponatur; put extat in Symbolis ecclesia & confessionibus multa siquidem recte dicuntur sicutq; que non exp̄esse nec totidem literis syllabisq; in scriptis existant, per bonam tamen consequentiam inde deducuntur. Nec 4. ratione materia, an omnes circumstantia & ritus, culum divinum spectantes, in sacris literis comprehendantur: questio siquidem est de substantia doctrina. Nec 4. ratione subjecti, An codex omnia universaliter in genere contineat, hoc enim concedit Bellarmin. l. 4. de V. d. c. 10. ut innuat, quod, quāvis sacra scriptura quedam non habeat dogmata, monsret tamen, unde sint petenda, videlicet ex traditionibus. Nec queritur 6. ratione partium, an quilibet scripture liber omnia illa complectatur, qua ad salutem scitu sunt necessaria, loquimur enim nos de scriptura collective. Verum verius disputationis in to-

tum

tum eo redit, An omnes articuli fidei (nō universae & singula mira capula) exquisitè sic dicti (non circumstantia & ceremonia) adeoq; ea omnia, quæ ad fidei morumque informationem spectant, in libris Propheticis Apostolicisque (non hoc vel illo in particuliari) coniunctim sumptis verè (sino narrat p̄ r̄, tamen quoad dicitur sive explicite) continetur? Nos affirmamus, Papani nesciant. Cum enim de dogmatibus suis ex scriptura probandis desherent, coguntur dicere, non omnia in scripturis continent, verum se non pauper traditiones habere.

IX.

Distinguendum inter verbi Divini es- sentiam; & cursum ejusdem historia Ecclesiastica descriptum.

1. Libavius p. m in analys. collog. Ratisb. part. I. p. 48. hanc habet distinctionem, ex subiecto & adjuncto petitam: nec obstat, si eamdem ex loco Testimonii estimaveris. Verbi Dei substantia absolvitur doctrina de essentia & voluntate Dei: Cursus vero ejusdem historia Ecclesiastica descriptus, legitur paucimper totum Codicem Biblicalum.

2. Stante hac distinctione ruit sequens & frequens argumentum: Quod olim licuit ad pentateuchum, hoc licet hodie ad totam scripturam sed consentanea licuit addere olim ad Pentateuchum. E. censemantia addere licet hodie ad totam scripturam. E. unā possunt stare traditiones. qz. 1. in majori est Elenchus similium: dispar est ratio Ecclesiae hodiernæ, ac temporis illius; ut taceam subesse elenchum partis. 2. In minori est Elenchus finis; Ad libros Moysis accessere multi alij; verum accessio facta est non ad substantiam verbi, sed ad cursum ejusdem historia Ecclesiasticae descriptum, Hiblrin. non continent verbum novum, sed

Centu. II, repetitionem & declarationem prioris. 3. Vnde emergit elen-
clus contradictientium; Pontifici debebant probare aliquid accessi-
se ad substantiam verbi, ideoq; consentanea ut addantur licitum esse;
hoc argumentum a. longe aliud probat.

X.

Distinguendum est inter absolutam Dei po-
testatem, & extraordinariam prophetarum
actionem: & inter potestatē Regum Sa-
cerdotumq; ordinariam.

1. Hę distincŃō adiuncti est, in subjecta longe diversissima. Ma-
nifestum est, quid sit absolute Dei potestas; cui omnia subjecta sunt:
& extraordinaria Prophetarum actio, que non debet ad imitationem
rapi, quorūm allegantur exempla Psal. 69. v. 10. Act. 5. v. 4. 5. Igitur
Actionū contra distinctas sunt, extraordinaria potestas Prophetarum & Apo-
stoli Christi & ordinaria potestas Sacerdotum pastorumq; que certos habet
distinctio limites. Quid? cum actiones Christi sint triplices & duplæ, mira-
culose & multæ personales, officium eiusdem concernentes; que-
dam i&uxta morales: de ultimis verus est canon Theologorum: omnis
Christi actio est nostra institutio.

2. Pontifici, at nostra argumēta, de non addendo & detrahendo
ex Deut. 4. v. 2. & cap. 12. v. 32. Prov. 30. v. 5. eludant, multis produc-
unt instantias. Est etiam hęc, cui nihil omnino & addendum, ei
non potui accedere ullus liber. Sed canonii V. T. potuere ac-
cedere multi libri, Apoc. 22. versib; ultimis. Ergo canonii nihil
omnino addendum esse, falsum est. 12. Est elenches parum,
diversissima est ratio inter absolutam Dei, extraordinariamque
Apostolorum potestatem; & potestatem ordinariam sacer-
dotum. Quod libri N. T. accesserunt ad libros V. T. factum est extra-
ordinaria apostolorum actione; sacerdotum vero ordinaria potestas
nihil omnino adjicere potest.

DEC V-

DECURIA QUINTA.

1

Distinguendum est inter ^{ad msc & bavuas} & inter
perfectionem dogmaticam: & histori-
cam.

*r. Hac distinctio ex diversa est materia. Sunt vero m^{is}se & dog- Fontes.
mata hoc loco illa, qua ad salutem sunt necessaria, & in primis conti- Cur Chri-
nent doctrinam de D E O Patre, Filio, & Spiritu Santo, eju^m do- stus edide
mo Ecclesia. Quippe vero seu, miracula Christi, & Apostolo- rit mira-
rum paucim legantur: Christus miracula edidit, ut se probaret Mes- cula. Cur
siam, Iohann. 2. vers. 11. Matth. 8. vers. 16. 17. 2. Et se esse ve- Apostoli.
rum Deum, Iohann. 5. vers. 17. 20. 3. Ut ostenderet sibi compete-
re potestatem remittendi peccata, Matth. 9. vers. 6. Apostoli edi-
derunt miracula, ut docerent, Messiam iam venisse, eumq. Iesum esse
Nazarenum, Matth. 10. vers. 1. 7. 8. 2. Probarent vocationem gen-
tium universalem Actor. 10. vers. 44. 45. 46. 3. Affererent E-
vangelio autoritatem Actor. 5. & 13. v. II. 12.*

2. Applicamus argumento distinctionem. In quo multa desiderantur, illud non est perfectum. In scripturis multa desiderantur, Ioh. 20. v. 31. Ergo scriptura sacra non est perfecta: Respond. In minori est Elenchus materie, Evangelista non intelligit ne misce, & dogmata, quod non omnia ad salutem necessaria sunt relata in literas; sed intelligit ne bewege, seu miracula: Quæstio autem nobis est cum pontificiis de perfectione dogmatum & morum

Centu. II. & morum 2. Est elenchus finis; Quod non omnia miracula con-
 Cur non signata sunt, ex eo agnoscimus beneficium Spiritus Sancti, ac commo-
 omnia dantis se ad nostram infirmitatem, qui ea saltem selegit, quae capere
 Christi miracula possumus, miracula autem proprie fidem non gignunt, sed genitam
 cōsignata confirmant. 3. Adde: non omnia scriptisse Apostolos, verum est
 de verbis; si de rebus ipsis intelligis, fallum est. Act. 20. v. 26.

II.

Distinguendum inter ea, quæ in scri-
 pturis sunt & dicuntur; & ea, quæ non dicuntur, sed
 tamen sunt.

Vel:

Distinguendum inter ea, quæ in scriptu-
 ris sunt, quæ ad verba & sensum simul: & quæ quo ad sensum
 tantum. Vel, alia perfectio est λεξθάδης alia
 vero περιγραφής.

Fontes. 1. A forma seu modo proponendi est hæc distinctione. Quo ad
 verba & sensum simul, legimus incarnationem salvatoris nostri, pas-
 sionem & mortem: quo ad sensum saltē multa alia audimus;
 sic in eadem legimus, dogma de Sacro sancto Trinitatis Mysterio,
 Matth. 28. vers. 20. Quoad verbum & sensum refutatur error Nostre
 colitarum Apo. 2. Quoad sensum refutatur Anabaptistarū & aliorū.
 2. Ex hac distinctione solvimus sequens argumentum. Pædo-
 baptismus non legitur in scripturis sacris. Pædobaptismus est
 dogma fidei. Ergo quoddam dogma fidei non legitur in scri-
 pturis sacris. Respond. Alijs omisssis responsionibus notamus elen-
 chum oppositorum: infantes baptizandos esse, quanvis in scri-
 pturis non legitur, quoad verba & sensum simul, legitur tamen
 quoad sensum.

Distin-

Distinguendum inter cultum Dei, & exercitationem corporalem; vel dist: inter partem cultus, aut cultum ipsum; & inter externum quoddam ornamentum.

Dd. passim.

Vel: Distinguendum est inter cultu divini d^eg^rw, & m^rg^rw.

1. A materia diversa est proposita distinctio. Cultus Dei alias geminus, immediatus, qui exhibetur Deo, juxta primam Decalogi tabulam: mediatus, qui juxta secundam tabulam: dum enim propter mandatum Dei, hoc agimus, ipse Deo culum exhibemus, Matt. 25. v. 40. uterq. tam est internus quam externus. 1. Cor. 6. v. 20. Exercitatio verò corporalis consistit potissimum in jejunio: externum verò cultus ornamentum, in dispositione rituum quorūdam, ad decorum ac ev^rg^rημονι facientium, quæ dispositio libertati Ecclesie relicta est.

2. Usus hujus distinctionis est in solvendo sequenti argumento. Cuiiquid addere licet, illud non est perfectum: Scripturæ quoad cultum Dei aliquid addere licet, quod probant ex Ion. 3. v. 5. Dan. 10. v. 3. Esth. 4. v. 16. Ergo scriptura, quoad cultum Dei, non est perfecta. Resp. in minori esse elenchum generis: Jejunia enim non sunt definita, neq; per partem cultus, neque per cultum Dei; sed saltē per corporis exercitationem. quidem, propterea, quia jejunia libera sunt, pro temporis, loci, & personarum ratione, cultus vero divinus non ita. Rem exemplo declaramus; orare per se est cultus Dei: sed hoc pro tantum agere, neque cultus Dei est, neque pars cultus. Nota 2. v. m^rg^rōdō: Jejunium non est virtus, sed ad virtutem gradus; Jejunium siquidem si quoad temperantiam consideres, ejusdem effectus, si ad alias virtutes, ad easdem est gradus. 3. Quia igitur sancti Dei homines saltē circa exter-

DE SCRIPTURA:

Cent. II. §²

num cultus ornamentum disposuerunt, 1. Paralip. 6. v. 31 & 15. v. 16.
2. Paralip. 29. vers. 25, Nehem. 12. v. 46, hoc ipso nihil cultui divino
addiderunt, unde elenchum parti notamus, & his non obstantibus,
scripturam quoad cultum Dei perfectam esse, relinquimus.

3. Quæ causa vero inquis quod Ezechias ad Paschale fe-
stum adjecit alios dies septem. 2. Paral. 30, vers. 23. Resp. non
est factum, ut mutuaret ordinem à Deo institutum. Exod. 12. vers. 19.
Deut. 16. v. 3, sed quia tot annis intermissum fuerat Pascha, &
advene cō melius erudirentur. Adde, quod ex textu non liquet, populi
Pascha prolongasse, sed saltem homiliam restituendo ministerio iſra-
litico necessariam, ut docet v. 27 sic distinguimus inter Resurrec-
tionem Domini & inter tempus ipsum, quo ejus consideratio
soleniteter fieri debet. Resurrectio domini est articulus fidei, 1. Co-
rinth. 15. v. 10. & seqq. Tempus vero memoriam iſtū celebrandi est
adiaphorum. Coloff. 2. v. 16.

IV.

Distinguendum inter sufficientiam totius, seu
perfectionem integram: & sufficientiam
partis, seu perfectionem essen-
tialem.

Fontes.

I. Ex subiectis est præsens distinctio. Pro explicatione ejusdem
tenerendum est, quod quando scripturam perfectam dicimus, nos intel-
ligere libros non separatim, sed coniunctim sumtos: hoc est, intelligi-
mus totum canonem, qui quovis tempore extitit. Si per scripturam
intelligo totū corpus, continet quatuor illos fines, ἀδαπταλίαν ἐλεγχού
ἐπανόρθωσις, mediorū. 2. Tim. 3. v. 14. caterum singuli libri eos o-
mnes non habent. Canon igitur, qui extabat tempore Moysis, erat suf-
ficiens: quando accessiones facta sunt, potest dici plenius sufficiens. Suf-
ficiencia igitur totius, seu perfectio integralis, est totius cano-
nis

Hic Biblici sufficiētia partis, seu perfectio essentialis, est cuiusq[ue] libri propria: sic alias sufficientia est totius humani corporis, adeoq[ue] perfectio integralis, constans ex collectione omnium partium: alia vero, & quidem propria sufficientia est manus, capitis &c.

2. Usus hujus distinctionis est in nota questione. Habent Pontificii argumentum palmarium: aut totus scripturæ canon est perfectus, aut singuli libri, aut scriptura est imperfecta. Non totus canon, quia aliqui libri perierunt 2. Par. 9. v. 29. & 29. v. 29. Non singuli libri, quia alias reliqui essent supervacui; & vel maxime ideo, quia exempli gratia, Iohannes nihil habeat de annunciatione, Nativitate Christi. Ergo scriptura est imperfecta. Resp. disjunctū fallit elenco disparatorum, quia datur aliud, nempe & totum canonem esse perfectum, singulosq[ue] libros esse perfectos: unum non opponitur alteri. 2. In priori minoris membro committitur clenches speciei: libri enim quos Pontificii pro perditis habent, supersites ex parte sunt, quamvis sub aliis titulis: quid obstat enim quæ minus sub libro Nathan intelligamus librum posteriorēm Samuelis, & sic in aliis. 2. In altero minoris membro, falsissima committitur oppositio. Totum juxta Dd. Giess. dicitur, vel secundum perfectionem quantitatis integralis: vel secundum perfectionem in essentiali sue: Singuli libri canonici possunt quidem dici perfecti, perfectione proprie essentie: sed non perfectione quantitatis integralis. Annuntiatio igitur, conceptio, &c. Christi, pertinet ad perfectionem integralē totius canonis, non ad perfectionem essentialē Evangelii Iohannis: Adhuc enim perfectionem illatantum spectant, que S. S. per hunc apostolum, ut scriberentur, voluit.

Evangelium Iohannis consideratur duplenter: vel respective, ratione virtutis; vel absolute,
ratione consilij decretique
divini.

DE SCRIPTURA;

Ques. II. 54. 1. Ex finibus est hoc distinctio. Declaro mentem distinctionis à simili. Nota est regula Theologorum; unam guttulam sanguinis Christi, sufficere ad redemptionem generis humani. Hic canon, inquit Theologus VVittebergensis, non intelligendus est absolute, de consummatione meriti, & consilio Dei: Sed respectivè, quoad dignitatem personæ, quia est filii Dei sanguis Matth. 26, vers. 18. t. Iohann. 1, vers. 7. Acto, 20. v. 28. simile esto iudicium de præsenti distinctione.

2. Pontificii contra Lutherum cavillum habent, quod dixerit sufficere Evangelium iohannis, etiam si reliqui omnes interirent. Formarunt hoc argumentum. Qui dicit nihil referre, si vel maximè omnes libri Biblici interirent, excepto uno, ille vilipendit scripturas. Lutherus hoc dicit Ergo Lutherus vilipendit scripturas. 1. Abst Lutherum tam impium esse in providentiam Dei, ac modo papanos audivimus. 2. In minori est Elenchus testimonii: liber conseruvalium sermonum, si eundem allegant Pontificii, non ad vivalium mittitur à nostris, utpote quem Lutherus nec vidit nec probavit. 3. Est sermonū Lutheri (opis) hy- Elenchus finis in majori & minori: Lutherum quod attinet, non loquitur absolute ratione decreti Dei, qui voluit plures extare libros: sed relativè, quoad dignitatem, virtutem & majestatem huj' libri. Non itaque impugnat nec vilipendit Lutherus alios. 4. In minori est elenchus subjecti: Loquitur Lutherus de se ipso: sibi sufficere hunc librum ad salutem: non autem nescit in aequalem esse his & illis mensuram Spiritus sancti: ideog. sapientissime Deus voluit plures extare. 5. Nota vel hinc candorem Papæ satellitum, illi, ut absolu te dictum, blasphemant. Addo & hoc: Lutherum non dicere, si interirent, sed si non ad essent.

VI.
Distinguendum est inter perfectionem ob-
jectivam, signativam, & quantita-
tam.

I. Hac

1. Hec distinctio est ex subiectis, Perfectio verò objectiva di-
citur hoc in puncto, ratione rerum, signativa verò, ratione verborum:
quantitativa verò ratione librorum.

2. Monstrabimus usum distinctionis: Tannerus dissp. in Thom.
part. 1. disput. 1. Thes. 53. Eò, si in formam redigas, utitur Syllogis-
mo: Quod angustius est verbo Dei, non omnia complectitur
verbi Dei capita, adeoque est imperfectum. Vetus Testamen-
tum angustius est verbo Dei: Quod putant se probare procul du-
bio inde, quia Vetus Testamentum non contineat ea, quae Christus do-
cuit, & quae predicarunt apostoli. Ergo Vetus Testamentum
non omnia complectitur verbi Dei capita, adeoque est imper-
fectum. 3. 1. Esse elenchem contradictorium, nam vetus
Testamentum suo modo imperfectum esse, concedimus, non quidem in
se & auctoribus, sed comparete, quia modus revelationis in N. T. cla-
rior est. In majori & minor. 2. Élenchus disparatorum: Si Vet. T.
angustum est, caretq; perfectione objectiva, quae est rerum, tunc proce-
dit major: verum ad minorem dicimus, Vet. T. angustius esse Novo,
non propter imperfectionē objectivam, quasi non omnia absolutat fidei
capita, sed quia non fuit perfectum perfectione signativa, verborum,
& quantitativa, ratione librorū, quae quantitas ad æquum pervenit per-
librum Apalypticum, Apoc. ultim. vers. 18. 3. Nota & hoc, Iesuitas
ultimum refugium his & similibus, querere, tandem perfectionem
aliquam veteri T. tribuere, deg. hac dictum, 2. Tim. 3. vers. 14. 15. 16
interpretari, ideoq; omnia nostra argumeta partiali perfectione
eludere.

VII.

Distinguendum inter quantitatem exten-
sivam & intensivam

Dd. Giess.

1. Hec distinctio nominis potissimum in sua significata est.

G 3

Quan-

Centu. II. Quantitas extensiva iuxta Philosophos multitudinis & magnitudinis externae est: quantitas vero intensiva ad esse rei respicit.

2. Pontificii faciunt, ut cogamur etiam Philosophicam adhibere distinctionem. Habent hoc argumentum: Quæ differunt ut maius & minus, differunt realiter. Verbum DEI & scriptura differunt, ut maius & minus, ita inquit Tannerus d. l. Christus plura docuit, & Apostoli per tot annos plura docuerunt, quas angusto Novi Test. codice comprehensa sunt. Ergo verbum DEI & scriptura differunt realiter, Et per consequens ipsa scriptura minime erit perfecta. Respond. I. Adversarios committere elenchum oppositorum, propter Sophisma equivocationis: quamvis enim verbum DEI videatur plura involvere, ratione quantitatis extensiva, quia quam plurimas Apostolorum habuisse conciones, non negamus: ne minimum tamen ultro involvit ratione quantitatis intensiva seu ipsarum rerum, 1. Iohann. 1. v. 1, & 2. videmus autem in his & similibus Pontificios semper elenchum ignorare. Dicimus nimurum perfectionem canonis non ex solo librorum numero, sed maxime dogmatum perfectione definiendum esse.

VIII.

Distinguendum est inter medium salutis
ιλατικὸν, satisfactorium δοτικὸν, offensr; λητωλικὸν, accipiens; & μυστικὸν/sacramentale.

I. Hæc distinctio est ex diversis effectis. Notum est in Scholis Theologorum, nos justificari salvaticè gratia V EI. περίωσ; meritò Christi ιλατικῶς meritorie, verbo & Sacramentis δοτικῶς, oblativè; fide ληπτικῶς, apprehensivè; remissione peccatorum δοτικῶς, formaliter. Nihil obstat autem si termino medit late sumto, etiam meritum Christi ita appellemus.

2. Vetus

2. Usus hujus distinctionis est in sequenti argumento. Medium Decu. V.
 quo femellæ salvatae fuerunt, non extat in scripturis sacris, non
 enim circumcisæ fuere. Medium quæ femellæ salvatae fuerunt
 est dogma fidei. Ergo quoddam dogma fidei non extat in scri-
 pturis. Resp. 1. In majori est Elenchus disparatorum & cur non
 legamus medium etiam femellæ competens. Esto n. non habuerunt me-
 dium p[ro]pt[er]o[rum] Sacramentale, caruerunt circumcisione; habuerunt ta-
 men medium id est in medium Christi, Act[us] 14. Gen. 3. vers. 15.
 Habuerunt medium donorum, verbum & promissionem DEI Genes.
 12. vers. 3. & 18. vers. 18. 22. vers. 7. habuerunt medium dant[ur]q[ue]
 fidem, cuius non obscura indicia leguntur 1. Petr. 3. vers. 4. & 5. He-
 bre. 12. vers. 31. 2. Et Elenchus causæ efficientis, circumcisione
 enim f[emelle] fuere in masculis. 3. Vnde dicimus quod, que vii feme[n]e distinctione
 te caruerunt circumcisionis actu, non tam[en] caruerint circumcisione
 nisi fructu.

IX.

Distinguendum est inter articulos fi-
dei salvifica, & historica.

1. Ex causis finalibus est hac distinctione. Quid sit fides salvifica,
 adeoque fidei salvifica articulus, alibi dictum est, ut & de fide histo-
 rica. Hoc loco saltem sciendum est, Fidem historicam nitit non tantum
 testimonio divino, verum etiam humano: Salvificam vero fidem tan-
 tum ex auditu verbi Dei esse Rom. 10. v. 17.

2. Stante hac distinctione solvitur sequens argumentum, quod
 Tannerus per omnes prop[ri]etates chartas repetit. Dogma de libris ca-
 nonicis, non extat in scriptura Sacra. Dogma de libris cano-
 nicis est articulus fidei. E. quidam articulus fidei non extat
 in scriptura Sacra, & per consequens scriptura est imperfecta,
 Respond. Maior non caret sua falsitate propter Elenchum
 privantium: An num enim libros Moysis & Prophetarum
 esse

56 DE SCRIPTURA.

Centur. II. *esse canonica*, liquet ex illustri allegatione in Novo Testamento, (nec enim Bellarmini Turcicam impietatem curamus) qui allegantur ad articulus dogmatum. Epistolas Pauli Canonicas esse liquet, ex 2. Pet. 3. v. 16. 2. In minori est Elenchus generis. Dogma de libris Canonici, pro ut Pontifici volunt, non est articulus fidei salvifica, de qua tamen in hac disputatione quaritur; sed saltem Historica. Alias sequeretur fideles ante completum Canonem, caruisse quibusdam articulis fidei ad salutem necessariis, ideoque salvare minimè potuisse, ut alia taceam. 3. Est in minori Sophisma effecti: Historica siquidem testificatio non dignit per se articulum fidei salvifica, siquidem & Iudei de Ver. Test., testantur. 4. Notetur denique: Quicquid partim in scripturis expressè habetur, tandem inde evidenter deducitur, est articulus fidei generaliter sic dictus. (*de quo postea*) & tale est dogma de libris Canonici; hoc ipsum enim quo ad rationes, & rudibus, testificationi Ecclesia creditur: quantum autem ad rationes, non ex autoritate Ecclesia, tanquam magistri, sed ex internis rationibus, dependet.

X.

Distinguendum est quo ad scripturas sacras, inter fidem generalem, & specialem.

1. Ex subjecto est hec distinctio, quamvis etiam nominis sit in sua significata. Generalis fides varia recipit objecta, non tantum dogmatica, verum etiam historica, qua in scripturis continentur: hec fides non justificat; nullus enim est qui omnium rerum, que in Scripturis continentur, exactam posset habere scientiam; ideoque quia haec quasitio, Quinam libri sint Canonici, est objectum fidei generalis, sed inde infertur, quod creditu omnibus sit necessaria. Fides specialis est illa sola, qua ut suo sub complexu totum fundamentum fidei completi-

SACRA
plectitur, ita etiam salvare dicitur, non nisi quatenus Christum re. Decu. V.
spicit.

57

2. Hinc solvimus sequens Bellarmini Tannerig argumentum. Perpetua Mariæ virginitas non extat in scripturis lacris, que tamen probanda est contra Helvidium. Perpetua Mariæ virginitas est dogma fidei. Ergo quædam dogmata fidei non extant in scripturis sacris. Respond. 1. Major involvit Sophisma privantium, perpetua siquidem Mariæ virginitas extat in scriptura sacris: Virginem fuisse ante partum & in partu liquet. Esa. 7. ve. 14. Ier. 31. vers. 22. Ezech. 44. vers. 2. Luc. 1. vers. 34: Post partum mansisse virginem, colligitur ex Matt. 1. vers. 25. & nota est regula; Particula donec ita negat præteritum, ut non ponat futurum, ex Psalm. 110. vers. 1. Matth. 28. vers. 20. Genes. 8. vers. 7. 2. In minori est Elenchus Syncedoches: ponit enim genus & colligit confusè ad speciem; ut & equivocationis. Mariam ante partum & in partu fuisse virginem, ad fidem pertinet specialem; post partum mansisse, pertinet ad fidem generalem, propter rationes scripture & consentaneas; non vero pertinet ad fidem justificantem seu specialem, si quidem ad articulum de incarnatione & nativitate filii Dei, non requiritur virginitas post partum.

3. Instant ex eo, quod primogenitus dicitur. Coless. 1. v. 15. Heb. 1. vers. 6. Resp. dicitur primogenitus, non ratione ordinis, quasi plures geniti, & ille primo fuerit genitus, sed ratione legalis dignitatis domini Christi primogeniturus, Gen. 43. vers. 3. penes quam etiam sacerdotium stus primogenitus.

4. Opponunt hoc, quod habuerit fratres, Matth. 12. vers. 47. & 13. v. 15. Ioh 2. v. 12. Resp. Fratres Christi dicuntur non ex utero, sed ex familia materna, ideoque vocabulum fratum pro cognatis sumitur.

H

DECV.

DECURIA SEXTA.

Distinguendum inter Scripta Canonica fidei & Religionis: & Hypomnemata rerum politicarum & Physicarum.

1. Fontem huius distinctionis offert nobis locus à causa finali: Sunt vero Scripta Canonica fidei & Religionis, de quibus certò & indubitate constat, quod impulsu Spiritus Sancti fuerint conscripta. Hypomnemata vero rerum Physicarum & Politicarum, aliter se habent, de quibus alibi.

2. Interveniente hac distinctione solvimus hoc argumentum. De quo multa perierunt, illud non potest esse perfectum. De Canone librorum Biblicorum multa perierunt, desiderantur enim hodie quamplurimi libri Salomonis, I. Reg. 4. v. 32. Ergo Canon Biblicus non potest esse perfectus. 3. Praterq; quod major loquitur de partibus essentialibus & integralibus, respondemus ad minorem, quid fallat Sophis date generis & totius: Libri enim Salomonis qui perierunt, non fuerunt Scripta Canonica fidei & morum, nec unquam venerunt sub complexum librorum Biblicorum: sed fuerunt saltem Hypomnemata rerum Politicarum & Physicarum, adde & medicarum, ut ex seqq; versib; l. d. liquet. Ut enim liber aliquis Canonicus sit, non sufficit, ut auctor eiusdem Instrumentalis Spiritu Sancto sit ornatus; sed requiritur, ut eo ipso momento, quo hoc & illud scribit, & Spiritu Sancto peculiariter agatur. Vide Cent. I. Dec. VIII. dist. VI. Alius liber est per eam apud hunc Generum, ad religionis auctoritatem, alii per ars & scientias, ad cognitionis ubertatem.

3. Inflam-

3. Instantie loco urgent Iesu quita numerum Sacramentorum, Decu. VI.
materiam & formam corundem. Verum quod Novi Test. Sacramen-
taria specie attinet, dicimus, etiam illa fuisse in Veteri Testam. quare
doquidem & Paulus & Petrus illa ipsa exinde probant. 1. Pet. 3. v. 20.
2. 1. Cor. 10. v. 2. sed non eodem habitu.

II.

Distinguendum est inter Allegationem di-
rectam, & Allusionem indire-
ctam.

1. Si quis videbit Cent. I. decur. 8. dist. 5. Itemq. Cent. 2. dec. 4. Fontes.
dist. 5. Putabit primo intuitu, cramen bis collam me apponere: verum
res aliter se habet, & distinctiones sunt diverse, nec obstat quod & haec
à causa finali est. Differt n. allegatio infinita, & allegatio à nupōd
ab allusione, ut ex definitionibus claret. Est verò hat vice allusio indi-
recta, quando Spiritus Sanctus in Nova Test. ad rem aliquam mysti-
cam ab q. verbis conceptus resipicit.

2. Applicamus distinctionem instantie. Ad prius argumentum
ita insurgunt Adversarii. Quod de numero librorum Proph-
eticorum periit, illud ipsum periit de Canone Biblico. Quod-
dam scriptum de numero librorum Propheticorum periit.
Math. 2. v. 23. allegatur locus Prophetæ, qui iussiā hodie extat.
E. Quoddam scriptum periit de Canone Biblico. Resp. Ad
minorem & adeius probationem, Syllogismum committere Sophisma
finis: illi ipsis enim verbis Evangeliste, (ut impleretur quod di-
ctum est per Prophetam, Nazareus vocabitur) non innuitur allega-
tio directa, sed allusio indirecta, alludit nimis ad historiam
typicam Simsonis, Iud. 13. vers. 7. qui juxta H. Nazariorum. Num. 6.
a princip. educatus fuit. 2. Est Elenchus oppositorum: non
legitur quo ad verba, legitur autem quo ad
rem ipsam.

H 2

Dist.

DE SCRIPTURA;

Cent. II.

69

III.

Distinguendum est inter capacitatem Loci,
Et capacitatem ingenii hu-
mani.

Fontes,

1. Ex subjectis est distinctio. Quid sit capacitas loci, ex Physi-
cis descendunt est: Capacitas autem ingenii humani quanta sit, non
solum Philosophi deplorant, sed imprimis Theologi, ex 1. Corintb.
2. vers. 4.

2. Usus habet distinctio in sequenti argumento: Quæ totus
mundus non capit, multò minus capit Scriptura Canonica
hodiè extans, quia illius libros universos una capit manus, juxta
Lesvitas. At qui dicta & facta Christi, non totus mundus capit,
Iohann. 21, vers. 25. Ergo eadem mutò minus capit Scriptura
Canonica hodie extans, & per consequens non est perfecta.
Respond, Syllogismum laborare 1. Sophismate contradicentiu-
m; questio enim non est de factis, de dogmatibus fidei & morum:
2. æquivocationis, ut ex antecedentibus colligere est. 3. Minorem
fallere Elencho Synecdoches subjecti pro adjuncto. Erudit
Hunnius; Non intelligit capacitatem localem, sed hoc innuit, quod per-
legendis & expendendis, qui scriberentur, libris, nulla hominis etas,
nullaq. ingenii vis sufficere posset. Negat igitur capacitatem inge-
nii humani. Vis rationem? Lyra respondet; quia facta & verba
Christi non sunt hominis tantum,
sed DEI.

DE

DET R A D I T I O N I B V S.

Quia Pontificij pro traditionibus, tanquam pro aris & focis pugnant: ideo ante omnia opus est, statum controversia, quanquam ex antecedente punto non leviter innotescit, uberior exutere. Quaestio autem non est. 1. Ratione testimonii, An in Scripturis sacris mentione fiat traditionum; legimus siquidem illas, 1. Cor. 11, v. 2. 2. Theff. 2. v. 5. Nec 2. Ratione objecti, An num quo ad Ceremonias & ritus admittende sint quadam traditiones? Concedimus enim & nos, in gubernanda Ecclesia ita standum esse prescriptis scripture, ut nihilominus audienda quadam traditiones? alias enim periclitaretur libertas Christiana, 3. Nec quaritur ratione adjuncti temporis, ut etiam subjecti, An num aliquando ex solis traditionibus Ecclesia fuerit informata. Cum enim verbum DEI nondum relatum esset in literas, vivat traditione propagatum fuit. Nec 4. ratione causarum efficientium, An sint quadam traditiones, qua ab Apostolis suam habeant originem. Nec 5. ratione comparitorum, ut & speciei; An hodie sint tolerabiliores, illae, qua manifeste careant impietate. Nec 6. ratione finis, An nimis, quadam traditiones admittenda sint, qua faciant, ad τάξιν τε καὶ ποντίν, sintq; utiles, neque sumptuosa & superstitione. Vnde integer status emergit, An hodie, postquam verbum DEI literis consignatum, & Ecclesiaz commandatum fuit (non an olim ante canonem Mosaicum fuerit) sit aliud quippiam verbum DEI non scriptum, de dogmatibus fidei, (non de ritibus & ceremoniis) in codice Biblico neque quoad literam, neq; quoad sensum extantibus, quodque (non tolerabilitatem quandam suadeat) pari pietatis affectu cum verbo DEI scripto, tanquam ad salutem necessarium (non quasi ad decorum

Cent. II. decorū Ecclesie faciat) sit excipiendum &c (non à Papicolis) sed ab Apostolis profectum. Negativa est nostra, affirmativa Pontificiorum. In quem finem vero, colligere est ex catalogo traditionum, cui annumerant Missam, invocationem sanctorum, unctionem, Orationem pro defunctis, primatum Pape (eh̄d an & ille ex scripturis non potest probari!) merita operum, enumerationem peccatorum in confessione, Sacramentum confirmationis, ordinis, Matrimonij, penitentie, cultum imaginum, & similes nugas. Nota, quod juxta Tannetrum, Traditiones sunt articuli fidei, qui tamen in scriptura aperte non extant, nec ex ea evidenter deduci possunt, seposita Ecclesiae autoritate. Videt igitur quilibet Christianus, quid Papa velit, dum ad traditiones, causa sua desperans, se recipit.

IV.

Distingueneum est inter varias acceptiones vocabuli traditionum; accipitur enim vel pro re tradita, vel pro modo tradendi.

Divisio
Traditi-
onum.

I. Fontes hujus distinctionis per se patet. Traditione pro actione tradendi tum sumitur, cum significat factum Ecclesia, per manus tradentis scripturas sacras. Pro re tradita, accipitur partim generaliter, sive pro doctrina sive historia, sive pro ceremonia; tam vivo sermone, quam scripto facta: specialiter, pro eo, quod est scripto traditū. Traditione ergo pro resumpia, ex efficientibus est, vel humana, quales olim habebat sc̄lla Pharisaeorum, Mat. 5. v. 21. 27. 31. 33. 38. 43. vel divina qua Ecclesia est tradita, per Prophetas, Christum ipsum, & Apostolos: est subjectis, est vel dogmatica 2. Thess. 2. v. 13. & cap. 3. v. 6. & hoc semper est ἔγγειον; vel historica, Actori. v. 44. vel Rituali. Hoc posterior est subjectis est vel universalis in omnibus Ecclesiis frequentanda; vel particularis, in una aut pluribus Iude. v. 12. Exadjunctis est vel perpetua, ut Baptismata & cena Domini: vel temporaria, ut illa Act. 15. v. 28. 29. & 10. v. 4.

II. Ex hac distinctione solvuntur innumera Pontificiorum argumenta:

menta: quādūcūg, enim vel in scriptura, vel in Dd. Ecclesie leguntur, Detr. VI.
 vocabulum traditionum, exclamant: Audite traditiones: & proru-
 unt hoc argumento: Quod non tantum in scriptura, verum et
 iam in orthodoxis patrib⁹ testimonium habet, illud à Luthe-
 ranis impudenter negatur. Traditiones non tantum in scri-
 ptura, verum etiam ab orthodoxis patribus testimonium ha-
 beat. E. impudenter à Lutheranis negantur. *Re.* Ad minorem
 illius verbi Christi, Erratis nescientes scripturas. *2.* Est elenchus
 equivocationis: in allegatis à vobis locis, non commendatur Tra-
 dicio ἀργαφ⁹ G., sed ἐγγεγφ⁹ G. *3.* Elenchus disparatorum: *N. V. C.*
 datur traditio, E. dogmatica. Quid n. si historica est, ut illa, q
 scimus liberos & illos, esse yngnōmō Apostolicos; Symbolum Apostoli-
 cum ab Apostolis esse conscriptum: quid, si est Ritualis, qualem novi-
 mus, ordinacionem Episcoporū per impositionē manū, excommunicati-
 onem, collectionem Eleemosynarū, Psalmorias, dies festos, &c. *4.* Aliud
 est traditio apostolica, & aliud apostatica. *5.* Ignoratio elenchi, q
 stio nobis & vobis non est principaliter de vocabulo, sed de rebus ipsis.
 Imò, questio non est de genere, sed falsis & spuriis traditionū
 speciebus, quas nobis vultu obtrudere, has probate, si potestis.

V.

Distinguendum inter ea, quæ sunt im-
 mediate cultus divinus; & ea quæ cultus divino forinsecus
 ancillantur.

1. Hac distinctio est ex subjecto & adiuncto. Cultus Dei est, quod
 mandatum est à Deo, sive sit opus internum, sive externum. Ea vero
 que cultui divino ancillantur, non sunt unius generis, faciunt hoc vel
 ἐργανωμ⁹s, ut templa, altaria & feriae: vel ἐργανωμ⁹s τοῦ πονηρα-
 tūs, ut jejunia, castigationes corporum, & abstinentia: vel ὑπειω-
 μ⁹s, ut sacri & cineris usus; hac enim testam faciunt humilitatem
 cordis, deoq⁹ placent, non perse, sed propter alind. Vide huius Cent. II.
 Decur. V. dist. III.

2. Ex

Centur. II. 2. Ex hac distinctione solvuntur itidem multa Pontificiorum argumenta. Quod omnium populorum & rerum publicatum est, multa magis est ipsius Ecclesiaz. Traditionibus autem omnium populorum & Rerum publicatum est. Ergo Traditionibus niti, multò magis est ipsius Ecclesiaz. Resp. 1. In minori est fallacia similiā; regnum Christi non est de hoc mundo, Iohann. 18. v. 36. 2. Est Elenchus objecti seu materiae, si gaudet Ecclesia aliqua libertate, canon versatur circa immediate cultum divinum; exempli gratia orare, Eleemosynas dare, est cultus divinus, non integrum est Ecclesia vel orare vel non orare: sed disponendi potestatis habet sicut in iis, que cultui divino fortinsecus ancillantur. 3. In minori est manifesta fallacia testimonii, nec eam Bellarminus probare potest.

VII.

Distinguendum inter ea, quæ damnantur
διεγνώσ, & ἀπλάσ, seu simpliciter; & ea quæ damnantur
διεγνώσ, propter vitiosas appen-
dices.

Fontes. 1. Locus à causa finali, sive à causa procreante, fontem
aperit huius distinctionis. Damnantur illa διεγνώσ & simpliciter,
qua per se & suanaturaprosu mala sunt: ea vero διεγνώσ da-
mnantur, qua quidem per se non sunt mala, per vitiosas tamen appen-
dices in abusum rapiuntur.

2. Usus hujus distinctionis, est contra declamationes tribunicias
Iesuitarum, qui ita ad Populum vociferantur: Quicquid ad im-
mediate insinuandam memoriam crucifixionis Christi à pia
antiquitate est institutum, illud indigne à sectariis damnatur.
Signatio crucis, ad immediate insinuandam memoriam
crucifixionis Christi, à pia antiquitate est instituta. Ergo iniç
à sectariis damnatur, Respond. 1. Non est contra Lutheranos,
ut ipse

ut pote qui non definiendi per sectarios, sed per orthodoxos. 2. Adde magniam esse dissimilitudinem inter Nos & alios, qui superstitionem Pontificiorum taxant. 3. Ad maiorem dicimus, in eadem esse elenchum finis, signatio crucis est antiquissima traditio, qui eandem damnat ieronimus & simpliciter, male agit, nos vero ita eandem non damnamus, sed doceamus, propter vitiosas sacrificiorum appendices.

VII.

Aliud est esse Catholicum, & aliud semper fuisse Catholicum.

1. Ab adjuncto diversi temporis hæc est distinctio. Catholicum vero esse priori membro non sumitur pro subjecta materia, ac si Catholicum esse, idem esset, ac orthodoxum esse: sed Catholicum esse hoc loco ex predicamento subjecti, est ubiq. in usu esse. In Posteriori vero, semper fuisse Catholicum, idem est, ac semper fuisse pium Orthodoxum.

2. Argumentum extertia Bellarmini regulare resultat hoc: quicquid universa Ecclesia omnibus retro seculis observavit, quamvis ab Ecclesia institui potuisset, illud est Apostolicum: subsumunt Pontificis, de cultu imaginum, primatu Papæ et alijs; &c. Hæc universa Ecclesia omnibus retro seculis observavit. E. sunt Apostolica, quamvis ab Ecclesia institui potuissent. Atque hic erit Syllogismus, cui ratione forma nulla fraus subest. Resp. ad maiorem & minorem, esse elenchum descriptionis; aliud est esse Catholicum: (adde & fuisse) & aliud semper fuisse Catholicum: non refert esse Catholicum, maiorem habere applausum: sed semper fuisse Catholicum, hoc rem commendat. 2. In minori in specie, esse sophisma testimonii & totius;

quam Bellarminus non potest probare.

I

Aliud

Aliud est habere, quod tradere possis; &
aliud habere, quod tradere debeas.

Vel:

Distinguendum inter tradendi $\delta\lambda\nu$, & tra-
dendi $\epsilon\xi\gamma\sigma\alpha\iota\alpha\tau$, seu potestatem.

1. Data distinctio est partim subjecti, partim adjuncti. Non sunt eadem, aliquid habere quod quis tradere possit, seu habere tradendi $\delta\lambda\nu$; & habere, quod quis tradere debeat, seu habere tradendi $\epsilon\xi\gamma\sigma\alpha\iota\alpha\tau$. Illud enim minus est, hoc vero majus, quia potestas legitimè tradendi non est omnium.

2. Applicabimus distinctionem brevissime huic argumento. Quodcunque universalia concilia tradiderunt, quæ nemo præter illa tradere potuit, illud est pro traditione Apostolica habendum. At (invocationem mortuorum, purgatorium, limbum,) universalia concilia tradiderunt, quæ nemo præter illa tradere potuit. Ergo ista pro traditionibus Apostolis sunt habenda. Respond. Ut minorem, quamvis falsitate sua perspicuum, dimittamus, ad maiorem dicimus esse 1. Elenchum effecti; à concilii enim si quædam traditio, ex hypothesi, est, Ecclesiastica est, & non Apostolica. 2. Est in maiori fallacia efficientis solitariæ, ut & voluntariæ; ad traditionem non sufficit habere tradendi $\delta\lambda\nu$ seu materiam, (quamquam & hoc 3. negare possumus, quod hec capita sint tradendi materia, quia è diametro cum scripturis pugnant) sed requiritur etiam tradendi $\epsilon\xi\gamma\sigma\alpha\iota\alpha\tau$.

IX.

Distinguendum est inter Traditiones Apo-

stolicas, & Apostaticas.

Disting. inter traditiones, cùm Sacris literis ουμφάντες & abiul-
dem δυτφάντες.

I. Prior.

1. Prior distinctio à procteantibus est, posterior sua radiat luce. Ipsa vero Traditionum materia diversitatem hanc probat, imprimis, quod traditiones Pontificiorum attinet. Annum non primus Papa, traditio Apostatica est, & à sacris literis abhorrens, que, Reges gentium dominari, ajunt, Apostolos autem non sic, Luc. 22. v. 25, 26, Mat. 20. v. 25, 26.

2. Habent Romanenses hoc argumentum: Qui recipiunt traditionem de libris Canoniciis, debent etiam recipere Traditiones reliquas. Lutherani recipiunt traditionem de libris Canoniciis. Ergo etiam debent recipere reliquias. Resp. Est insignis Elenchus parvum in majori: traditio de libris Canoniciis, ô quantum differt à traditionibus Pontificiorum! Illa antiquissima est ab ea Ecclesia, que hanc traditionem ab ipsis Apostolis accepit; & cum scripturis sacris est omnia, & convenit cum internis illis scripturis, que de Canonica sua autoritate scriptura ipsa perhibet: Pontificiorum verò nuga, Apostatica sunt, & à scripturis sacris dico, quod auctoritas.

X.

Distinguendum est quam accuratissimè inter quatuor genera, qua homines præcipere possunt.

1. Fontes hujus distinctionis progressu clarebunt. Quatuor sunt, qua homines præcipere possunt: I. Sunt præcepta divina, que vult Deus, ut homines proponant observanda, verum non suo, sed Dei nomine, sic ministri auditoribus, parentes liberis, præcepta divina proponunt. Horum observatio est cultus Dei, & de his loquitur, Prov. 6. v. 20, Filimi, custodi præcepta patris tui; quod dictum, ut & alia plura, sicut Deut. 17. v. 12. Pontifici, pro suo in Ecclesiam imperio, impertinentissimè allegant. II. Sunt præcepta humana Politica, que sunt determinaciones circumstantiarum necessariae, spectantes præcepta moralia secunde tabule, & tales sunt. III. Positiva Magistratus. Horum observatio est cultus Dei, quo ad genus, qui genus eorum

Centur. II. (obedientia Magistratui debita) est morale, & à Deo preceptum: non
vero sunt cultus Dei, quantum speciem facti, & circumstanti-
am attinet. III. Sunt præcepta humana Ecclesiastica, que
sunt determinationes circumstantiarum, necessaria, & utiles, ad ser-
vanda præcepta prima tabula, ut, exempli gratia, locus, tempus, o-
randi &c. Harum ill. genus itidem morale est, & cultus Dei.
Ipsæ vero Ceremonia, nec cultus Dei sunt, nec obligant in conscientia. IV. Sunt præcepta divinis ill. Contraria, quibus nulla debe-
tur reverentia, Act. 5. v. 29. Mat. 15. v. 2. 3.

2. Ex hac pulcherrima distinctione solvitur sequens argumentum, ex quo Pontificii eminentiam Papæ, & curia Romanae adstruunt. Quod est Magistratus politici, multo magis est Ecclesia. Magistratus politici præcepta obligant in conscientia. Ergo multo magis Ecclesia præcepta obligant in conscientia. R. I. Nihil inde ad Synagogam Romanam. 2. In majori est Elenchus Differen- parium: non est eadem ratio, ill. Magistratus, & Ecclesia: Magi- stratus enim dedit Deus autoritatem & facultatem condendi ill. Po- stratus & liticas, eam munivit ita, ut pœnam minetur violatoribus: Ecclesia Ministe- verò talem potestatem, ut & Ecclesia ministri, non dedit, sed hoc tan- rii. tum, ut eorum constitutiones serventur ex l. charitatis Christianæ, hoc est, studio vitandi scandali. Vnde quia non sunt necessarie ob- servationis, sit, ut quis non fiat hereticus qui eas non observat, fiat verò Schismaticus, & consequenter impingat in articulum de scan- dalo.

3. Nota obiter, rationem diversitatis. Qui hoc fieri possit?
1. Deus enim Magistratui Imperium dedit, ministris Ecclesia non
dedit; 2. Leges Ecclesiastice semper cum scandalo, atq; ideo mediate,
violantur: Leges vero politice violantur etiam extra scandalum,
quia aut Reipub. aliquid detrahitur, aut societas laeditur, vel aliqua
laedendi occasio datur.

4. Nota 2. nullam traditionem esse absolute necessariam:
quia omnis non scripta est sita in libertate Ecclesia: posse tamen disi-
quas-

quasdam esse necessarias, necessitate consequentia, propter visibile ministerium, quod in hoc mundo circumstantis est subiectum. Illa autem qua ad ratiōνē & ḵnūoq̄m spectant, quo ad genus tantum scripturis leguntur, non vero, verò quoad speciem rituum & ceremoniarū.

STATVS CONTROVERSIÆ.

In Controversia de Iudice controversiarum & norma, Questio (1. ratione objectorum) non est de Iudice morum: sed cultus divini & religionis, non quoad ceremonialia, historica & Adiaphora, sed præcipue quoad articulos fidei. Nec est questio (2. ratione adjuncti temporis) de Iudice controversiarum in extremo & ultimo Iudicio, nec de Ecclesia Iudaica ante Scripturas Mosaicas, nec ante Canonis in N. T. plenariam constitutionem: Verum de Ecclesia Vet. Test. extantibus jam Mosaicis Scriptis; & N. T. Canone librorum Apostolicorum jam absoluto. Nec est 3. questio (ratione adjuncti.) de qualicunque Iudice, sed questio est de Iudice infallibili ordinario, legitimo, Univer- sali, Universalitatem non absolutè, sed in suo genere, hoc est, Ecclesia. Nec est 4. questio (ratione comparatorum) de Iudice subdelegato, sed summo & absoluto, à quo appellare nefas est. Et hactenus questio est de Iudice. Porrò, de Iudicio (ratione specierum.) Questio non est, de Iudicio finaliter consummato, alias per alterius secutum iudicium non posset consummari, & piis hostes hac in vita perfecte subiicerentur: sed questio est de Iudicio inchoato, pro perfectione nimirū, captu, intellectu, statu, & conditione Ecclesie. Nec 6. est questio (ratione objecti) simpliciter & absolute, sed limitate, inter nos & pontificios. Hinc emergit status questionis iste: Quis nam inter nos & Pontificios, in his terris, in V. quidem T. post scriptio- nem librorum Mosis, in novo autem post Canonis librorum Apostolicorum constitutionem, sit absolutus & summus, Universalis, legitimus, ordinarius, justus & infallibilis Iudex

Cent. II. omnium controversiarum, quae in Ecclesia circa cultum & Religionem vel extiterunt unquam, vel ad huc futuræ sunt ad novissimum usque diem? Nostri pro scriptura respondent, Adversarii abeunt in negativam. Quot vero hinc ruunt argu manta lefitarum?



DECURIA SEPTIMA.

DE IUDICE ET NORMA CON troversiarum.

I.

Aliud est judicium, aliud est judex. Iudex vero alias est publicus, alias privatus. Publicus est vel Principalis, vel ministerialis.

3. Tres sunt distinctiones: prior est à subjecto occupante & adjuncto occupato: Altera est à subjectis; tertia vero à comparatis. Iudex est ille ipse, qui iudicatur: Iudicium est actus ipse, qui exercetur: judex publicus principalis controversiarum Theologarum est Spiritus Sancti. Iudex publicus ministerialis, est scriptura sacra. Hic notanda sunt duo. Requisita judicis sunt, 1. Ut sit judicis. 2. Ut sit auctoritas; 3. Ut sit paribus dignitibus benemeritus; 4. Ut scire & rite dignoscat; 5. ut cognita causa ferat sententiam; 6. ut sententiam isthano mandet executioni. Normæ requisita sunt, 1. Ut sit publica, divina, suprema autoritate recepta. 2. Ut sit omnibus communis, adeoq. generalis: 3. Ut sit infallibilis, adeoq. una & immutabilis: 4. Ut sit suo mensurando undique adæquata. 5. Ut ex omni parte perpetuo sibi constet.

2. Hac

2. *Hac ipsa questio deberet quidem ad causam scripturae finalem Dec. VII. referri: sed quia Pontificii perspicuitatem, verititudinem, & perfectionem scripture negant, ex iisq; hanc questionem impugnant; plauit eandem hoc referre.* Ex hac distinctione vero plurima ruunt adversariorum argumenta: *opponunt enim nobis modo inconstitiam, quasi nesciamus, quem nam pro iudice controversiarum summo proclamemus, cum non tam Spiritum Sanctum quam scripturam summum faciamus Iudicem.* Resp. *Scriptura à quibusdam dicitur summus iudex per metonymiam, quia est vox Spiritus Sancti.*

3. *Dicitur sic comparete; cum enim Iudicem ministerialem controversiarum geminum agnoscamus scripturam & Ecclesiam, suo tam modo, uti explicabitur: scriptura pra Ecclesia habet partes superiores.*

4. *Solvimus saltem hoc argumentum: Iudex non est norma. Scriptura est norma. Ergo scriptura non est iudex.* Respond. In majori est Sophisma oppositorum: *Iudex & norma non debent sibi opponi, distinguendum enim est inter iudicem principalem, & ministerialem; etiam si iudex principalis norma non est, ministerialis tamen esse potest norma.*

II.

Distinguendum est inter iudicium inchoatum: & consummatum.

1. *Hec distinctio est exadjuncto temporis, Iudicium inchoatum hoc loco dicimus quod à tempore ascensionis Christi durat usq; ad novissimum diem: Consummatum vero, quod Christus in die novissimo ipse exequetur, Ioh. 12 v. 48, unde iudex vivorum & mortuorum à Christianis creditur,*

2. *Vsus huius distinctionis est ad solvendum illum scrupulum: finit qui summum controversiarum iudicem faciunt Christum, sunt*

DE SCRIPTURA;

72

Cent. II. sunt qui faciunt Spiritum Sanctum. Hinc quis ita argumentari potest: Qui in denominando summo controversiarum judice a se invicem dissident, illorum sententia utraque vera esse non potest. Lutherani hoc faciunt. Ergo illorum utraque sententia vera esse non potest. Respond. ad maiorem & minorem, esse sophisma oppositorum: Lutherani hac in parte non dissentent: Qui enim Spiritum Sanctum faciunt summum judicem, intelligunt judicium inchoatum, Iohann. 14. v. 26. & 16. v. 8. Act. 4. v. 35. & alibi: qui Christum, intelligunt judicium consummatum.

III.

Distinguendum est inter iudicem,

αὐτοχρεῶν; ὀργανικῶν; προφητικῶν; ηδιακονικῶν;
& δοκιμαστικῶν.

I. Ex comparatis & finibus est præsens distinctio. Iudex αὐτοχρεῶν, est summus seu authoritativus, qualis est Spiritus Sanctus: Vnde iudex est in significatione suprema: ὀργανικῶν, est Scriptura sacra, quæ duplex sustinet officium, directivum, à priedux ori, quando ad ejus censuram omnia degmata Ecclesiastica dirigi debent: Mat. 22. v. 29. Gal. 1. v. 9. 1. Tim. 3. v. 14. 15: & definitivum, à posteriori, quando controversie & dubia ita ex scriptura deciduntur, ut non superfit, locus Appellationi. Iohann. 5. vers. 46. 47. Rom. 4. v. 2. 3. unde scriptura iudex est, in significatione secundaria, iudices προφητικῶν οἰκουμενικῶν, interpretativi, & ministeriales, sunt Ecclesia ministri, vel immediate vocati, vel mediatae. Indices δοκιμαστικῶν approbativi, sunt omnes Christiani, unde iudex est quilibet Christianus, in significacione infima. Hac duo posteriora membrare Ecclesia intelligenda sunt, quia vocabulum iudicis laxè hic accipitur, & metaphorice. Qui enim publica authoritate in Ecclesia docent, & donis Spiritus sancti sunt instructi, ut & privati, veri sensus potius indices, quam iudices sunt, quamquam sunt iudices humanarum interpretationum.

Tannerus

2. Tannero disp. 1. in Thom. thes. 84. sudes est in oculo, quod omnibus etiam Christianis per nos hoc ius coceditur: utitur hoc dilemmate. Si privatus potest esse judex, erit vel propterea, quia singit revelationem quam non accepit, vel habet, quam non potest probare: prioritatione fieri non potest, posteriori ratione itidem fieri non potest, quia nemo prudenter ei crediderit. Simili argumento contra Magistratum insurgit, ait esse contra exempla veteris T. & Ecclesie primitiva, nec quaelibet posse, quia unus non sit omnium; nec universos, quod pateat ex dissensione, & necesse quodam errare.

3. Verum famosus jesuita, ad suporem usq. sophista est, in omnibus suis disputationibus, operam dans, quomodo rem intricare magis, quam extricare posset, & variè impingit. 1. Ignorat Elenchum, non tribuimus curvis Christiano judicium τωφην, quod revelationem peculiarem exposcit, sed δοκιμασιν: incepit igitur contrarios agit. Si cuilibet judicium τωφην assignaremus, aliquid saltem obtinetur argumentum. Aliquid dico, 2. nam ad τωφην hoc, non de necessitate requiruntur signa, alias jesuita contra Baptizam nugatur. Est igitur Elenchus adiuncti. 3. Est Elenchus efficientis; quasi non potuisse esse nisi ab illa ipsa, non vero à gratiosa SS. evocata. 4. Invertisimus logicè argumentum, & dicimus, si Laicus Christianus, revelationem, quam Tannerus ait, non accepit, frustraneum est, quod singit: Si accepit, frustraneum est, ut probet. Alterum argumentum persegit.

IV.

Aliud est judicare τωφην; & aliud judicare
deκτην;

1. Effecti finiti in duos diversos fines est hac distinctio. Iudicare τωφην, est sententiam definitivam partibus litigantibus ferre; deκτην vero iudicare, est monstrare fontes juris. Illud est Magistratus, hoc vero posterius est legis.

K

z. Bellar-

Cent. II.

2. Bellarminus, ut scripturam judicem controversiarum neget, hoc profert argumentum: Quæ in omni Rep: distincta sunt, et jam distincta in Ecclesia. Scriptura (lex) & judex in omni Rep: distincta sunt. Ergo scriptura & judex sunt etiam distincta in Ecclesia, & per consequens, scriptura non erit judex. Respond. 1. Iesuita committit in majori sophisma generis: paululum abest, corrident salvatorem nostrum, dicentque: Regnum tuum est de hoc mundo. 2. Sed forsitan iisuita à simili (certè dissimili) argumentatur, quod tamen fallit: Iudex forensis aliquid mutare & remittere potest, pro ratione circumstantiarum, propter probabilem causam. In scriptura verò non valet. Deut. 17. vers. 11.

Diversa ratione judicis forēsis & pa-
storum Ecclesiæ. 3. In minori est Elenchus oppositorum: diversa sunt, non
opposita, esse judicem, & esse legem. Lex judicat dæmoniæ Magistratus
tui ius cuiusq[ue] causa monstrando: Magistratus judicat ~~magistratus~~
parsibus litigantibus ex lege indicando. Quare nihil, quia diversa
sunt obstat, quo minus scriptura sit judex.

V.

Distinguendum est inter Regulam Mathematicam Mechanicamque, & dogmaticam

1. Ex fine est & hoc distinctio. Regula Mathematica & Mechanica quid sit, ex philosophis discendum est: Regula dogmatica nobis est, ex qua informamur, ad fidem & ad mores, seu ad bona opera.

2. In nota questione potest proponi hoc argumentum. Omnis regula est corpus continuatum. Scriptura non est corpus continuum, quia modo præcepta habet, modo historias, modo vaticinia, modo carmina, modo epistolæ. E. Scriptura non est regula. Resp. In majori est Elenchus speciei, vera est de Regula Mechanica;

nica; de dogmatica, & alii per metaphoram ita dictis, fallit, alias Dec. VII.
nec corpus juris civilis posset esse regulâ iustitiae, quia non tam ill. quam
historias quadam habet. 2. Minor est aperië falsa: Scriptura est
opus continuum, sed cursum suum saltē continuat diversis modis,
per historias, conciones, vaticinia, &c.

VI.

Ea, quæ ex scripturis per bonam consequen-
tiam ducuntur, & verbum Dei, considerantur dupliciter;
vel inter se: vel respectu alterius tertii. Vel, distin-
guendū est inter normā fidei: & inter
fidei obiectum.

1. Proposita distinctione per se claret. Supra dictum est, quod
juxta Nazianzenum, in scripturis, τὸ δέ εἶται, & λέγεται δὲ καὶ εἶται,
καὶ λέγεται. Hac juxta distinctionem comparantur diversimode,
ut praxis docebit.

2. Pontifici nos urgent hoc argumento, Qui solum scriptu-
ram verbumque pro normâ agnoscunt, & mox illud etiam
credunt, quod exinde per bonam consequentiam educitur,
illi unam, & non unam ponunt normam. Lutherani hoc fa-
ciunt. Ergo unam & non unam ponunt normam. Resp. 1.
Ad majorem, quod fallat fallaciâ effecti materiali, dum hoc faci-
mus, non duplicamus fidei normam, sed duplicamus fidei objectum &
rectè. 2. Elenchus dissimilium: si vel maximè hic duplēm fa-
ceremus normam, non tamen consecularium ex scripturis deducētum, est
quoddam dissimile ab ipsa scriptura, potestq. dici norma, non ut confi-
rantur verbum Dei, & consecularium inter se, sic enim consecularium
est normatum; sed ut ratione cuiusdam tertii, manet tamen ver-
bum Dei expressum norma προτίτως, con-
secularium devītōς.

K 2

Distin-

Cent. II. Distinguendum est inter Additionem ad scripturam, Distractionem à scriptura, & diductionem, exscriptura.

1. Hec distinctio, prout in axiomate disposita est, à disparatis, ab adjunctis & ab effectis est. Additio ad scripturam tum sit, cum sive preter, sive contra scripturam aliquid additur, hac duo enim sunt iaduimus: Deut. 12, v. 32. Matth. 15, v. 3. Distractione à scriptura, hereticis vulgaris est, qui, quod putant sibi conducere, decerpunt, exemplo Diaboli, Matth. 4, v. 5. Deductione ex scriptura est, quod per bonam consequentiam evincitur.

2. Hinc solvimus hoc argumentum. Omne conlectarium scripturarum, est aliquid scripturis additum. Dogma quoddam fidei est scripturarum conlectarium. Ergo dogma quoddam fidei est aliquid scripturis additum, & per consequens scriptura non est judex. Respond. Negatur major propter Elenchum oppositorum; Conlectarium enim non continuò est additio, dantur enim & alia. 2. In majori est Elenchus generis, conlectaria illa, non sunt additiones, nec detractiones, sed diductiones. Nihil aliud n. est, conlectarium hoc, quam copiosior sensus scripture enarratio. 2. Tim. 3, ver. 16. ha deductiones non sunt prohibita, sed mandatae. Rom. 12, vers. 6.

Distinguendum inter Controversias doctrina, & inter Controversias vita.

3. Ab objecto vel materia etiam, haec est distinctio. Est vero controversia doctrina de articulis fidei, ac capitibus pietatis: controversia

versia vero vite, concernit mutuas offensiones, quas quis cum proximo Dec. VII.
habet.

2. Vi hujus distinctionis solvimus sequens argumentum; Ad quodcunque ultimæ sententia audienda ergo ablegamur; illud procul dubio est judex controversiarum. Ad Ecclesiam ultimæ sententia ergo ablegamur. *Math. 18. vers. 17.* si enim Ecclesiam non audierit, inquit, *Christus*, sit tibi velut *Ethnicus & Publicanus*. Ergo Ecclesia est procul dubio judex controversiarum. Vnde facilis ad summum Ecclesie caput, quod habent, est recursus. Respond. breviter esse Elenchum contradictorium. Quasi inter nos & Pontificios est de Controversiis Doctrinae, locus vero allegatus, loquitur de controversia vite, de mutua reconciliatione, & pertinacis exclusione, cœpisset ex vers. 15. si frater tuus in te peccaverit. &c. Adde 2. In minori esse falsa majora: Ecclesiam enim in his habere ultimam sententiam, non nisi in genere cause ministerialis, & ratione subjecti, in his terris, intelligendum est: alias ultima sententia etiam quo ad controversias vite, ei reliqua est, per quem Deus decrevit judicare orbem terrarum. *Acto. 17. vers. 31.* ad cog. omnia opera, *Rom. 2. vers. 5. 2. Cor. 5. vers. 10.*

I X.

Aliud est esse Sacerdotem generali appellatione; & aliud, esse Sacerdotem speciali ordinem.

1. Præsens, ut & subsequens distinctio, Libavii est: & nominis in sua significata est. Dari Sacerdotem generali appellatione, patet ex 1. Pet. 2. vers. 9. Speciali v. ordine Sacerdotem, per totum Leviticum legimus.

2. Solvimus exinde sequens Pontificiorum Argumentum: Quod fuit Mosis in T. V. hoc est papæ in N. T. Atqui supremum

K. 3

DE SCRIPTURA.

78

Cent. II. mum judicium cōtroversiarum & supremū Sacerdotium fuit Mosis in T. V. Exod. 18. v. 26. Ergo hæc sunt papa in Nov. Test. Resp. I. In maiori est Elenchus parium: Moses fuit extraordina-
riè vocatus, & suam probavit vocationem Num. 16. 28. 31, papa vero
nec ordinariam, nec legitimam habet vocationem. Vide Decur. III.
distinct. VI. I. 2. Minor omni ex parte falsa 3. propter Elenchum
Notationis & æquivocationis. Nam Moses fuit saltem Sacerdos
generali appellatione; non vero speciali ordine: quia non ordinatione,
sed facto & precibus intercessit pro Israelitis tanquam Pontifex. De-
inde 3. propter Elenchum majorum: Moses enim nec summus
Sacerdos fuit, nec supremus judex, Vide Exod. 18. vers. 15. & cap. 19.
vers. 7. 8. 4. Est Elenchus objecti, si quid Moysi afferendum est,
non est in questionibus dogmaticis & fidei, sed forensibus & civi-
libus:

3. Instas: Moyses ordinavit Aarone in summum Sacer-
dotem. Ergo fuit Major ipso Sacerdote. Respond. Ordinavit
non ut summus Sacerdos, sed ut Prophetæ, & quidem ius tuu Dei. Bre-
viter: fuit aliquandiu sacerdos, nec distinctio hoc negat, que de cer-
to tempore loquitur: Postquam vero Aarone immixxit, nupsiam Sae-
cerdotio functus est. Iam, si ex unctione maioratus colligitur, discipu-
lus ille maior fuit Iehu Rege, I. Reg. 19. v. 16. 2. Reg. 9. 6. 2. Paral.
22. vers. 7.

X.

Distinguendum est inter Mysticam sig-
nificationem, alia enim est divina,
alia vero Humana & Eccle-
siastica.

I. Ab efficientibus est distinctio. Illa est, que Deum habet an-
thorem: haec vero, qua homines aut kores habet, ut sit occasio memoran-
di rem gestam.

2. Hinc

2. Hinc solvimus argumentum Bellarmini. Quicquid ratione mystica significationis celebratur, est pars cultus divini. Festa ratione mystica significationis celebrantur. Ergo sunt pars cultus divini. Ergo Ecclesia potest instituere cultum divinum. Resp. maior involvit sacerdotia procreantis: Quicquid ratione mystica significationis, quæ quidem divina est, celebratur, illud est pars cultus divini; secus vero se habet, si est humana & Ecclesiastica: Bellarminus etiam in solœcismo Grammatico vulgaræ versionis mysterium querit. De posteriori vera est minor, id est non facit partem cultus divini.

DECURIA OCTAVA.

I.

Distinguendum est inter discrimen in
essentia seu definitione: & discrimen in
adjuncto ordine.

i. Ex subjectis est hac distinctio. Discrimen essentiæ, & definitionis est reale; nam que definitione differunt, differunt realiter. Discrimen in adjuncto ordine, quamvis infert discrimen aliud non tamen essentiale, nam persona Trinitatis differunt ordine, non essentialiter.

2. Hinc solvimus famosum argumentum Jesuitarum: Qui est expers erroris, est supremus controversiarum judex. Summus pontifex est expers erroris. E. Summus Pontifex est supremus judex controversiarum. R. Quanquam minorem simpliciter negare possumus, tamen hoc vice notamus Elenchum effecti procreati, ut & adjuncti proprii. Summum esse non facit discrimen

Centur. II discrimen in essentia & definitione, quasi summus pontifex erroris sit expers, eique infallibilitas sit pro adjuncto proprio, quod definitionem ingrediatur: sed facit saltem discrimen in adjuncto ordinario, unde legimus summos pontifices, non obstante supremo Sacerdotii gradu, errasse turpiter, Exod. 32. vers. 4. Ierem. 18. v. 18. Hebr. 5. v. 2. 1. Reg. 16. v. 11.

II.

Distinguendum est inter individuorum, genera, & generum individua, per abstractionem sumpta.

1. Fontes hujus distinctionis ita per se sunt manifesti; ut etiam explicacionem ulteriorem non requirant. Philosophi huc usitatum est, quod in disciplinis suis non tractent de singulis individuis gentium, sed de individuorum generibus. Hinc nata sunt tres leges Logicorum. Lex veritatis, lex justitiae, Lex Prudentiae; quae jacent præcipita artium ad hoc ipsum conformare, ut exinde iudicium possit ferri de qua cum subjecta materia.

2. Argumentum habent Pontificii hoc. Ille est judex omnium controversiarum, qui haereses Arii & Nestorii evidenter damnat. Scriptura non omnes haereses Arii & Nestorii evidenter damnat, nufiam enim, inquit Senecio Gretserus, Scriptura Sacra dicit, Arrius est haeticus, Nestorius est haeticus. Ergo Scriptura non est judex omnium controversiarum. Resp. In minori, est Elenchus metonymia effecti; Ad damnationem haeticorum sufficit, Spiritum Sanctum rejicare falsa haeticorum dogmata, non requiritur, ut simul annotet blasphemia haeticorum nominata, quod tamen fecit Apoc. 2. v. 6. 2. Est Sophisma finis, placuit Sp. S. in scripturis rejicare, genera individuorum, quod facit 1. Ioh. 4. v. 3 omnis spiritus solvens Iesum, ex Deo non est, que verba expresse sunt contra Nestorium: non vero nominare singula individua generum.

Distrin-

III.

Distinguendum est inter officium Normæ
κανονικὸν seu directivum: & *ἐπανορθωτικόν*,
 seu correctivum.

1. Ex diversis, non oppositis finibus est hæc distinctio. Normæ officium *κανονικόν*, primarium est, quo homogenea judicat: officium vero *ἐπανορθωτικόν* secundarium est, quo heterogenea dijudicat.

2. Beneficio hujus ruit sequens argumentum: Quicquid ad scripturam regulandum est, cum ipsa scriptura congruere debet. Multa dogmata cum scriptura non congruunt, quia multa sunt falsa, & à scripturis dissentient. Ergo multa dogmata non sunt ad scripturam regulanda. Respond. 1. Rejectionis aqvocationem, que sub termino, regulari, latere potest. Nobis regulari, idem est, ac ad scripturas examinari. 2. Ideoq. in Majori est Elenchus oppositorum finium, quedam cadunt ad officium scripturæ directivum, ut illa quæ cum scripturis consentiunt: quædam v. sub correctivum, ut ea quæ dissentunt.

IV.

Distinguendum est inter coactionem extera-
 nam seu corporalem: & internam, seu Spi-
 tualem.

1. Hæc distinctio in subjecta est: quanquam & à causis procre-
 antibus assimilari debet. Coactio externa seu corporalis, est Ma-
 gistratus civilis, qui idcirco gladio armatus est. Rom. 13. v. 3. & seqq.
 Coactio spiritualis & interna, est Spiritus sancti, verbo & vir-
 tute sua ita constringens contradicentium veritati animos, ut assen-
 stantur. Vide exemplum Act. 26. v. 27.

L

2. Vi

Cent. II. 2. *Vt hujus distinctionis solvimus hos Pontificiorum argumentum: Ille Iudex est controversiarum Theologicarum, qui habet autoritatem coactivam: Scriptura non habet auctoritatem coactivam. Ergo scriptura non est Iudex controversiarum Theologicarum.* Respond. 1. Major fallit Elencho Syncedoches, generis pro specie: *Iudex habet auctoritatem coactivam, sed eandem vel internam, ut Index divinus, quis solus dominatur anima, Matthae. 10. vers. 28.; vel externam ut Iudex Politicus.* 2. *In minori est Elenchus privantium. Scriptura enim omnino habet, quamquam non externam & corporalem, tamen internam & Spiritualem coactionem.* 3. Nota quod, quemadmodum *Spiritus Sanctus controversias iudicat, ita etiam litigantes ad obedientiam cogit. Inchoate autem in Ecclesia militante judicat, adeoque & inchoate cogit ad obedientiam: erit vero tempus, & plenarie cogentur.* Vide supra Distin. II. Decur. II, eiusdem ex hac ipsa disce.

V.

Distinguendum est inter τὸν ἀμερον τὸν δυνατὸν, quod fieri ipso actu: & inter τὸν δυνατὸν, quod fieri potest.

1. Terminii hujus distinctionis pro ut in axiome disponuntur, ita etiam subeunt modò hanc, modò illam Logice inventionis classem. Diversissima autem sunt τὸν ἀμερον, & τὸν δυνατὸν. Exemplum declaramus; quando peccatum in Spiritum Sanctum irremissibile dicitur, non est sensus, quod simpliciter cadat sub remissioni doirremissibili δυνατίας, alias exuberaret gratiam Dei, Romanor. 5. vers. 20. nec sibile, meritum Christi esset καθολικόν, quod est contra Iohann. 2. v. 2. ut alia faciem: sed, juxta Dd. VVitib., terminus, irremissibile, aliquo modo impròpiè hic accipitur, & magis τὸν ἀμερον, quam τὸν δυνατὸν resipicit.

2. Stanis

2. Stante hac distinctione ruit hoc Tanneri Gresserig. argu. Dec. IX.
 mentum. Illud ipsum est Iudex. controversialium, quod ita
 fert sententiam, ut altera pars evidenter sciat, se causa ceci-
 disse. At scriptura hoc præstare non potest, quia heretici
 identidem ad scripturas provocant. Ergo scriptura non est Iu-
 dex controversialium. Respond. 1. In minori est Elenchus
 definitionis. Quemadmodum perfecta decisio controversialium,
 non consistit in obsequio hereticorum, sed in demonstratione heres-
 con; ita etiam, ut aliquis Iudex sit, non opus est, ut altera pars quo
 ad id pervenerit, et ipso actu, sciat se causa cecidisse: Sed sufficit
 ad dovarum, quod possit. Si hoc argumentum valeret, Magistra-
 tus politicus non raro de officio suo periclitaretur. 2. In minori est
 Elenchus effecti: Scripturam enim hoc præstare non posse, ne-
 gamus.

3. Urgent Iesuitæ etiam causæ explorationem. Re-
 spond. Si eandem de Spiritu Sancto negant, impi sunt: hic enim
 causam hereticorum exploratissimam habet, non quidem per dis-
 cursum, quo non eget, sed scientiam simplicem. 2. Causa explo-
 rationis est via ad judicandum, sed non est de essentia actus
 illius. In extremo enim iudicio non audiuntur partes litigantes.

VI.

Distinguendum est inter primatum ordinis
 inter pares: & primatum gradus super
 inferiores.

1. Prior distinctionis mebrum ex comparatis est, alterum ex
 subjecto & adjuncto. Hunc ipsum primatum dicimus ordinis,
 qui primus numeratur: ille v. primatu gradus excellit, qui alii cu
 Imperio precepit, ut si quando scriptura posterius Davidis solium Davidis
 pollicetur, 1. Paral. 17, v. 12, & cap. 29, v. 22.

L 2

2. Pon-

Cent. II.

2. Pontificii, pro certo eiusq; Successore, cœputant. *Pape ita arguant. Qui primo nominatur loco, is est Princeps Apostolorum, adeoque judex controversiarum. Petrus nominatur primo loco. Matth. 17. v. 1. Marc. 9. v. 2. & alibi. Ergo fuit princeps Apostolorum, adeoque judex controversiarum. Respond. 1. In majori est Elenchus causæ procreantis, ut & solitariæ: Primo nominari, non facit Principatum, & judicem controversiarum, sed primatum ordinis inter pares: Verum primatus gradus supra inferiores, hoc facit, & quidem in politi- cis. 2. In minori est sophisma testimonii: Petrus etiam secundo lo-*

Notabile co nominatur. Gal. 2. v. 9. Imò etiam postremo 1. Cor. 3: v. 22. Vide Marc. 3. v. 17. Luc. 6. v. 14. Iohann. 1. v. 45. Nominantur Apostoli non ex tunc dicitur sed claram pœnitentiam, scieo ordine quo vocati fuerunt.

VII.

Distinguendum est inter primatum potestatis, & primatum donorum, ut eloquentiae, &c.

1. Ex subjectis & adjuncto est haec distinctione. Primatus potestatis, est potestas superioris in inferiores, adeoque potissimum consideratur ex predicatione relationis ut & comparatorium ex quantitate; Primatus v. donorum non ita, sed ex comparatorium ex qualitate predicatione. Vide Cent. I. Dec. 1. Dist. VI.

2. Admoveamus distinctionem huic argumento. Qui primus in concilio Apostolico sententiam dixit, is est princeps Apostolorum, & judex controversiarum. Petrus primus in concilio Apostolico sententiam dixit. Actor. 15. v. 7. Ergo Petrus fuit princeps Apostolorum, & Iudex controversiarum. Resp. 1. Minor non caret Elencho testimonii, post multam enim contentionem;

sionem, Petrus demum surrexit 2. *In majori est Elenchus fi-* Dec. VIII.
nis; Si Petrus primus dixisset, factum fuisse, non pro-
ppter primatum potestatis, sed propter primatum donorum,
quia polluerit prae aliis eloquentia, quod tamen simpliciter dici non po-
test; vel propter primatum etatis. Vnde 3, emergit Sophisma dispa-
ratorum. 4. Est Elenchus effecti, primum dicere votum, non
facit principem & judicem controversiarum.

VIII.

**Quo ad quæstionem facti, distinguendū
est inter Tentatum, & obtentum.**

1. *Curie Romane Patroni hoc more & consuetudine acceptum
habent, quod è quadruplici serie argumenta petunt, pro autoritate
Iudicariæ suprema Presulis Tarpeti. Ex illa unum est, ex præstito
Pontificum, tot ab hinc retrò seculis. Est autem tentatum, quod
quis de facto sibi arrogat, & appetit, quaratione Absolon olim sibi ar-
rogavit regnum. 2. Sam. 15. v. 3. & Adonia 1. Reg. 1. v. 5. Ob-
tentum aliquid majus includit, & actualem posseßionem infert.*

2. *Sit hoc argumentum: Quod Pontifex tot retrò ab hinc
seculis exercuit, habuitque, id optimo habet jure. Supre-
mam potestatem judicariam (etiam in Imperatores) Pontifex
tot retrò ab hinc seculis exercuit, habuitque. Ergo eandem
optimo habet jure, Resp. 1. in majori est Elenchus testimonii,
& causæ procreantis. Præscriptio contrajus divinum non valet.
In minori 2. Est Elenchus effecti: Tentavit Papa hac tenus, non
verò obtinuit, semper enim Graci & alii quam plurimi se oppo-
suerunt, ut ex Catalogo testimoniis veritatis
constat.*

L 3

Dist.

Distinguendum est inter inhabitationem

*Spiritus Sancti, qua sit ἀπέργως & ἀχωρίστως; Et eam
qua sit εἰρηνής & χωρίστως.*

1. Hec distinctio à forma est per comparata imparia & dissimilia. In Scholis Theologorum discimus, quod Spiritus Sanctus habitat in Christo ἀπέργως, ἀχωρίστως, & ἐπινόεις, idq; factum fuit propter purissimam sanctitatem, que Spiritus sancti est capax: In aliis vero sanctis Dei hominibus habitat εἰρηνής, χωρίστως, αἰενινόεις. Discrimen hoc monstrat, Psalm. 45. v. 8.

2. Nullum igitur est argumentum sacrificiorum, quod ita habet: In quibus inhabitat Spiritus Sanctus, illi non errant, & per consequens sunt iudices controversiarum. In patribus in concilio congregatis inhabitat Spiritus Sanctus. Ergo Patres in concilio congregati non errant, & per consequens sunt iudices controversiarum. Respond. 3. In minori non est levic Sophisma causæ conservantis & individui: hoc enim Concilium, quod Pontifici volunt, non regitur a Spiritu sancto, sed ab ipso Diabolo, ut olim 1. Reg. 22. vers. 22. 2. Postea etiam minori propositione, in majori est Elenchus oppositorum: expertem enim esse erroris non opponitur inhabitationi Spiritus Sancti χωρίστως & εἰρηνής tali, unde in sanctissimis etiam est peccatum: sed inhabitationi ἀχωρίστως & ἀπέργως tali,

Sensus scripturæ consideratur dupliciter,
abstractivè in se: Et concretivè in
alio.

1. Hac

1. Hec distinctio respicit ad Decur. II. Dist. VII. Fontes Dec. IX.
eiusdem per se clarent. Sensus scripturae abstractivè consideratur
quo ad quidditatem formæ essentialis, quo respectu simplex est, & u-
nus. Concretivè consideratur, quo ad applicationem adjuncto-
rum occupatorum, ubi dividitur sensus scriptura non in se, sed in ad-
junctis suis.

2. Hinc ruit argumentum Pontificiorum. Norma con-
troversiarum Religionis debet certo constare sensu. Scri-
ptura non certo constat sensu, quod probant ex disputatione de
sacra cana, in qua ipsi Pontificii ad verba institutionis pro obtinenda
transubstantiatione provocant, Lutherani ad eadem, contra Trans-
substantiationem. E. Scriptura non est norma controversiarum
Religionis. Respond. Ad minorem, eandem laborare fallacia
æquivocationis: verba cana abstractivè considerata, unicum
& simplicem, cumque literalem sensum habent: Concretivè
vero ratione adjunctorum occupatorum fit, quod Pontificii transsub-
stantiationem, alijs vero tropologicum quarunt sensum. 2. Distinctio. distinctio
inter id, quod Hæreticis & orthodoxis est commune: & id quod or-
thodoxorum est proprium: ad scripturam provocare commune
habent heterodoxi cum orthodoxis: assensum verò scripture non
habent.

3. Nota reperiæ infallibilia sensus literalis. Tum sensus Quando
literalis est. 1. Quando Spiritus Sancti non recedit àlitera: 2. quando sensus li-
do nulla tropi alius extant vestigia: 3. Quando Spiritus Sanctus teralis,
in locis aliis idem simpliciter repetit: 4. Quando ana-
logia fidei literam non in-
fringit.

D E-

DECURIA NONA.

DE PATRIBVS.

Distinguendum est interea scripta, quæ Ecclesia habet ut ut divina, & quæ habet ut Ecclesiastica:

1. Ex Efficientibus est hec distinctio. Scripta divina sunt libri veteris & N. T. Ecclesiastica, sunt vel in Codice Biblico, ut libri, qui dicuntur Apocryphi: vel extra eundem. Haec sunt vel privata, singulorum Dd. Ecclesie, puta Augustini, Lutheri, Cheminici, Huncius: vel publica, eaque vel Catholica, ut tria Symbola in Compendio nostro: vel particularia, ut Augustana Confessio, Formula concordiae: quanquam & hac respectu alias rum est Catholica.

2. Questio hoc in loco nobis est cum Pontificis. I. non ratione adjunsti, An in scriptis Patrum, quadam utilia occurrant, quod non negamus: nec 2. ratione finis, An scripta orthodoxorum Patrum, & de cœtra legitimorum conciliorum ad docendum consensu pia antiquitatis allegari possint: quod similiter non negamus. Nec 3. ratione comparatorum: An præmissu scripture fundamento, eo fine quo jam dictum, allegari possint, quod itidem non imus inficias. Verum omnis questio in eo versatur: An Patrum consensus pro norma & judice controversiarum, sit habendus, adeò quidem, ut non ad scripturam examinari debat, sed scriptura sensus, ex patribus infallibiliter descendus sit. Nos negamus.

3. Argu-

3. *Argumentum habent hoc: Quæ scripta Ecclesia habet, illain quæstionibus fidei contra adversarios allegare potest. Scripta Patrum Ecclesia habet. Ergo eadem in quæstionibus fidei contra adversarios allegare potest. Respond. 1. In majori est Elenchus Speciei; valet saltem de Scriptis divinis, non de Ecclesiasticis. 2. Deinde est Sophisma finis, non omnia scripta, quæ Ecclesia haberet, faciunt ad fidem, ut in seqq. patet.*

Dec. IX.

II.

Distinguendum inter ea, quæ adhibetur ratione fundamenti, & ea, quæ ratione ornamenti.

1. *Ex Finibus est hac distinctio. Qua ratione fundamenti adhibentur, adhibentur primario, & eam eminentiam sola scripture habet, Eph. 2. v. 20. 2. Corinth. 2. v. 7. 8. 9. Ratione ornamenti quædam adhibentur secundario, & non necessariò.*

2. *Applicatur distinctio ita. Qui testimonia Patrum allegant, illi eò ipso fatentur, consentum Patrum esse normam & judicem controversiarum. Lutherani hoc faciunt. Ergo Lutherani eò ipso, fatentur, Patrum consensum esse normam & judicem controversiarum. Respond. 1. In majori est Elenchus à dicto secundum quid, & in minori finis. Qui ratione fundamenti Patres allegant, eorundem cognoscunt consensum pro norma controversiarum; verum nos ratione ornamenti eos allegamus. 2. Qui Patres principium secundarium dicunt, non ab aliis contradictione, neq; absq; anachorozia faciunt.*

III.

Distinguendum est inter allegationem ad απόδεξιν; & allegationem ad συγκαταψηφισμόν.

M

j. Et

De Scriptura.

96

Cent. II.

1. Et hec est à fine. In Theologicis ἀνδρέσιοι τυμεῖ, cum producuntur principia ἀπόλυτη, ἄμεα, ἀνυπόθυνα, ἀντόπιστε, ἀναπίρρητα. Συγκριψιούν, est sicutem sub genere testimonii.

2. *Vsus est in solvendo argumento:* Quicquid à Lutheranis contra adversarios allegatur, illud ea ipsa allegatione faciunt principium, adeoque normam. Patres à Lutheranis contra adversarios allegantur. Ergo ea ipsa allegatione Patres faciunt principium, adeoque normam. *Respond.* 1. In majori & minori esse Elenchum disparatorum finium; quod Lutherani Patres allegant; non fit ad ἀπόδειξιν seu demonstrationem; sed ad οὐγκαλήφτωμα, ut doceant, suam doctrinam etiam in antiqua Ecclesia obtinuisse. Quid si allegant ad εὐχησαν amplificationis, quid si ἐγγράφεσσος χάρει, & uberioris explicationis ergo? 2. In majori est Elenchus effecti finiti, ita debet limitari major; Quicquid à L U T H E R A N I S contra adversarios ad ἀπόδειξιν allegatur, id eo ipso faciunt principium & normam.

IV.

Distinguendum est inter Patres puriores,
Et minus puros.

Duplex status Ecclie. I. Ex comparatis est præsens distinctio. Quemadmodum Ecclesia modo est in statu ὑπερψύχεως & exaltationis; modo in statu ἐλατθέως & exinanitionis: ita etiam cum patribus ratione puritatis comparatum est.

2. *Habent Pontificis hoc argumentum*: Qui modo cum Patribus faciunt, modo ab iisdem dissentient, inconstantes sunt, Lutherani modo cum Patribus faciunt, modo ab iisdem.

iisdem dissentiant. Ergo suntrinconstantes. *Respond.* Argumentum ignorat Elenchum oppositorum: *Conclavis nostra est sententia, cum Patribus purioribus, in iis, quae pura sunt, facere; cum minus puris non facere.* Patres autem antiquiores per omnia fuisse in doctrina sinceros, nos non concedimus.

V.

Distinguendum est inter Unionem Ecclesie externam, & internam.

1. Ex fine est hæc distinctio; quanquam etiam ex subjectis: Unio externa in unitate cœtus particularis, & rituum consistit: Unio interna, in unitate Spiritus.

2. Habent Pontificii hoc Argumentum, Per quoscunq; Unio Ecclesiastica conservatur, ab iis, quod Lutherani discedunt, per bonam fidem (sunt verba Jesuitæ) apud Deum non sunt excusati. Per ordinarios Dd. Unio Ecclesiastica conservatur, E. ab ordinariis Dd, quod discedunt Lutherati, per bonam fidem apud Deum non sunt excusati. *Respond.* i. In majori est Elenchus adjuncti & procreantis causa: secessio squidem ab ordinariis Dd, non est in excusabili, nec inexcusabilem semper facit: alias nec Iohannes Baptista excusabilis fuisset, Matth. 3. v. 6. Marc.

ii. v. 4. Luc. 3. v. 80. & 31. v. 8: statim in pueritate ab ordinariis Schisma secedens. Aliud est schisma frivole ab hominibus suscepit, & duplex aliud à Deo imperatum, Ezech. 20. v. 19, 2. *Dist.* inter ordinarios Dd. ordinatè docentes; & ordinarios quidem, extraordinariè tamen seducentes. 3. In minori est Elenchus effecti, & speciei: Ordinarii Dd, nihil aliud faciunt, quam quod Unionem externam conservare possunt, internam non possunt, quæ à solo Spiritu Sancto conservatur, mediante verbo,

M 2

Dist.

Distinguendum est inter Sanctitatem formalem, & finalem.

1. Cum fontes sint manifesti, sciendum est, quod Sanctitas formalis sit universalis & perfectissima justitia, in qua nihil vitii subsit. Sanctitas vero finalis, est illarum rerum, qua ad usus sanctos sunt ordinatae, Exod. 19. v. 6.

2. Pontificii ad populum hoc exaggerant argumentum: Qui tot Santos Patres erroris insimulant, non modo superbi, verum & impii sunt, putant enim sanctitatem, cum nevis non posse stare. Lutherani hoc faciunt. Ergo non modo superbi, verum & impii sunt. Respond. Cur non subsumunt de sua secte hominibus. Tanneras d. l. thesi 83. expresse fatetur, dubitari de Patrum autoritate, quod etiam facit Bellarminus.

3. In majori est Elenchus oppositorum: Sanctitas formalis non potest stare cum errore, & hac solius est Dei, 1. Sam. 2. vers. 2. Lev. 20. v. 7. nec angelorum est, lob. 4. vers. 18. Sanctitas vero finalis, potest stare cum nevis, quod tot exempla probant. Hinc dicunt Theologi, festa sancta esse, non sanctitate dierum, sed

Quomo-sanctitate rerum.

do. festa 4. In minori est Elenchus adjuncti proprii: sanctitas tri-
sancta, & buntur Paribus, non ut adjunctum, quasi plus habuerint sanctita-
homines tis quam alii; sed ratione cause finalis, quia praeceteris homi-
nibus destinati fuerunt rebus sacris.

¶) (20)



DE

DE SYMBOLIS LIBEL-

lisqne symbolicis.

VII.

Distinguendum est inter *normam Catholica-
licam, seu mensuram mensurantem: & nor-
mas speciales, seu mensuras men-
suratas.*

1. A dissimilibus & imparibus est distinctio, & quidem inde,
quia alterum membrum habet se ut causa; alterum ut effectum.
Norma Catholica seu mensurans, unica est, sacra scriptura:
normae speciales seu mensuratæ, sunt Symbola, quæ quidem ita
dici possunt, latè accepto vocabulo.

2. Vnum habet distinctio contra hoc argumentum: Vnica nor-
ma præter se non habet alias. Scriptura præter se habet
alias, iuxta Lutheranos, tria Symbola, Augustanam Confessionem &c.
Ergo Scriptura non est unica norma. Respond. 1. in minori est
Elenchus æquivocationis: si qui enim ex nostris ita loquuntur, non
intelligunt, Normam mensurantem, quæ unica est; sed normas latè
ita dictas mensuratas. Vnde 2. Elenchus generis emergit. 3. Est
Elenchus parium: ipsi novimus, scripturam suam autoritatem
babere περὶ τῶν ex seipso: Symbola vero non nisi διατίθενται, ex scriptura. Differen-
Scriptura est propriæ sic dicta norma; Symbola sunt sub genere testimonia scriptu-
ræ & symbolorum.

vii: scriptura importat credendi necessitatem; Symbola
habent judicandi liberatem.

Symbolum Apostolicum consideratur
 vel ὁ ἀπολογίας, ratione formae: vel οὐκεχυμένως
 ratione materiae.

1. Fontes clarent. Priori modo consideratur specialiter, quo ad singula verba: Posteriori verò generaliter quo ad sensum.

2. Hinc solvitur sequens argumentum. Omne scriptum Apostolicum est norma. Symbolum Apostolicum dictum est scriptum Apostolicum. Ergo Symbolum Apostolicum est norma. Resp. Confunduntur propter equivocationem diversarum caesarum species; Quod Apostolicum est ὁ ἀπολογίας, est norma. Symbolum vero, Apostolicum dicitur οὐκεχυμένως ratione materiae, alias procul dubio Lucas, qui omnia quam diligenter notavit, Luc. i. v. i, non reticueret οὐκεχυμένως.

IX.

De Augustana Confessione dist. inter confitendi materiam & rem: & inter confitendi actum.

1. Ex subiecto & adjuncto petit a est praesens distinctio. Materia Augustanae confessionis absolvitur partim dogmatibus, partim ritibus; id què sit vel heresis, vel avrbelus. Confitendi actus ex Sledano descendus est.

2. Stante hac distinctione solvimus sequens Argumentum: Quod novum est, Apostolicæ fidei conforme non est. Augustana Confessio est nova. Ergo Apostolicæ fidei conformis non est. Resp. In minori est Elenchus adjuncti (dimittimus n. in majori Sophisma à dicto secundum quid) & equivocationis: falsum

falsum est Augustanam Confessionem novam esse, si rem, materiaum Dec. IX.
 & subjectum Confessionis intelligis, quae est antiquissima; quam-
 vis actus confitendi & modus novus est, ut Lutherus loquitur,
 quod à tempore Apostolorum talis non existit.

X.

Augustana Confessio consideratur vel

Ἄδαχν, vel καὶ ὀιχεοπίαν, yet κτ
 λέξιν.

1. Prius membrum à materia, alterum à forma, tertium ab
 adjuncto est. Διδαχὴ seu doctrina A. C. jam definita; ὄιχεοπία
 dispositio respicit delineationem & σκιαγραφίαν tractationis; λέξις
 vero ipsam elocutionem.

2. Hinc solvimus hoc argumentum: Quod unius & alterius.
 non potest esse Symbolum? Augustana Confessio unius & al-
 terius est, puta Lutheri & Philippi. E. non potest esse Sym-
 bolum. Resp. 1. In maiori est Elenchus oppositorum & speci-
 ei; scilicet ubi duo aut tres congregati sunt in nomine Christi, Ecclesia
 est, Mart. 18. v. 20. quid obstat, quo minus, quod est unius & alterius,
 sit Symbolum Ecclesie domesticae & particularis. In majori 2.
 est Sophisma causa solitariæ, aut si terminus dissipetur, objecti
 solitarii, & effecti solitarii. Falsum, A. Confessionem esse unius
 & alterius; immo, quo ad Ἄδαχν Ecclesia est, quo ad ὀιχεοπίαν &
 delineationem Lutheri, quo ad λέξιν Philippi: idque postremum nota
 in totum sed in tantum. 3. Ex hac distinctione solvimus
 etiam illud, qui volunt, A. Confess. saltē ex
 mente Philippi intelligendam
 esse,

DE-

DECURIA DECIMA.

I.
Distinguendum inter *Symbola Oecumenica*,
& *particularia*.

1. Ex subjectis est *distingatio*; *Symbola Oecumenica* sunt à tota orthodoxa Ecclesia recepta; *Particularia vero*, unius & alterius. *Illorum authoritas*, juxta auctorem nostrum, *major* est; *utpote majoris seculorum consensu approbata*, *horum minor*: *ideoque Augustana Confessio postponitur illis*, *non ratione certitudinis*, *sed ratione antiquitatis*, & *authoritatis*.

2. Opponunt quidam hoc: Nullum *Symbolum conscriptum* est in Comitiis imperialibus; *Augustana Confessio scripta* est in Comitiis Imperialibus. E. A. C. non est *Symbolum*. R. I. In *majori est elenchus oppositorem*: si hactenus *Oecumenica* fuit, hoc est *primum Symbolum*; 2. Definitionis, definiuntur si *Symbola non à loco in quo conscripta sunt*, sed ab Ecclesiis, quae eadem sequuntur. 3. Elenchus speciei: *Symbola Oecumenica* non fuerunt hactenus conscripta in Comitiis, quid obstat, quo minus *particularia Conscribi possint in Comitiis*. Imò & *Oecumenica possunt*, Matib. 10. vers. 18, 19, 20. In *minor i est æquivo-*
catio: Si de delineatione loquitur, falsa est; si de elaboratione, ex parte falsa: si de exhibitione, non negamus.

Dist.

Distinguēndum inter ea, quæ differunt,

$\pi\alpha\gamma\mu\alpha\tau\omega\varsigma$; & ea, quæ differunt
 $\epsilon\xi\eta\rho\sigma\omega\tau\zeta\pi\omega$.

1. *Distinctio* est unius adjuncti in duo subjecta. Realiter seu $\pi\alpha\gamma\mu\alpha\tau\omega\varsigma$ differre, est differre definitione: seu $\tau\zeta\pi\omega\epsilon\xi\eta\rho\sigma\omega$ differre, est differre accidentaliter.

2. Pontificii hac utuntur non raro sophistificatione: Qui peculiarem exhibuerunt nuper, & hodie jactant, confessionem, eò ipso segregant se à fide Apostolica. Lutherani hoc fecerunt faciuntque. Ergo segregant se eò ipso à fide Apostolica Resp. Major fallit Elencho effecti & procreantis: Qui peculiarem exhibent confessionem $\pi\alpha\gamma\mu\alpha\tau\omega\varsigma$ à fide Apostolica diversam, illi segregant se eò ipso à fide Catholica. 2. In minori est sophisma dissimilium, peculiarem nostri exhibuerunt Confessionem, non $\pi\alpha\gamma\mu\alpha\tau\omega\varsigma$ differentem à fide Apostolica, sed saltem $\tau\zeta\pi\omega\epsilon\xi\eta\rho\sigma\omega$ a Symbolo Apostolico: interim vero $\pi\alpha\gamma\mu\alpha\tau\omega\varsigma$, $\epsilon\xi\eta\rho\sigma\omega\varsigma$ atunc temporis idolomania Pontificia. Symbola post Apostolicum facta, non Quid sim sunt alia Symbola, sed repetitio saltem & declaratio illius: qua de bula? claratio propterea est necessaria, quia hæretici non raro cum Symbolo hoc loquuntur, sed non sentiunt,

Distinguendum inter Augustanæ Confessionis Articulos Conditos; & in eadem Radicantes.

1. Hec duo membra se habent ut materia & effectum materiatum. Articuli conditi sunt illi, qui præt̄as expreſſe, ponuntur, suntq; viginti & unus. Radicantes in A. C. sunt illi, qui evidenter inde deducuntur, exempti gratia, sub Article 111. habet

DE SCRIPTURA.

98

Cent. II. doctrinam de satisfactione Christi meritoria, de sessione ad dextram & alios.

2. Ex hac solvimus sequens argumentum: Qui amplectitur articulos Augustanae Confessionis, quamvis in quibusdam controversiis de Persona Christi & aliis dissentit, est socius eiusdem. Hi & isti hoc faciunt. Ergo sunt socii A. C. Respond. 1. In maiori & minori est Elenchus totius: etiam si quis omnes articulos conditos amplectitur, si tamen dissentit in articulis radicantibus, excidit hoc encomio. 3. Est Elenchus distributionis, si quis putat, articulos radicentes, esse species heterogenae, ab illis qui conditi nobis dicuntur, errat.

IV.

Distinguēdum inter ea, quæ anathematizat Augustana Confessio cum adversariis: & ea, quæ damnat in adversariis.

1. Prius membrum est effecti socii, posterius est adjunctorum in suis subjectis. Præsens distinctio est Augustini, qui eandem contra Pelagianos producit: Cum Pelagianis nimur anathematizabat Arrium; in pelagianis anathematizabat errorem de peccato originali. Hinc solvit sequens argumentum: Qui communem hostem Papam habent, non debent se invicem notare anathematismis, Lutherani & qui à Zwinglii parte stant, communem hostem Papam habent. Ergo. Respond. 1. In maiori est Elenchus cause solitariorum, communis hostis non sufficit, alias propter communem hostem Diabolum, omnes homines debent se conjungere. 2. Est Elenchus oppositorum, quia oppositio non sit secundum idem, & ad idem: Aliud est, quod damnamus cum adversariis, deliria & idolomanias Papa: & aliud quod damnamus in iis, errores sc. non paucos.

Aliud

V. Aliud est condemnatio dogmatum, &
aliud condemnatio personarum.

1. Ex materia diversa est distinctio. Dogmatum condemnatio consistit in corundem dijudicatione, & refutatione, alias valet illud Athanasii, cui cum scriptisset Julianus, ἐγών, αὐτόν, κατέγρω, respondit: ἐγών, αὖτε, εκ αὐτούς; εἰ γὰρ αὐτόν & κατέγρων. Condemnatio personarum in benigniori sensu accipienda est, pro admonitione personarum.

2. Solvitur interveniente distinctione hoc argumentum: Quibus judicare interdictum est, illis etiam interdictum est condemnare. Christianis judicare interdictum est, i. Cor. 4. v. 5. E. iisdem interdictum etiam est condemnare. Respond. Allegatione hujus dicti committitur Elenchus testimonii propter neglegitam speciem, de qua agit Apostolus. Prohibet non dijudicatiōnem & condemnationem dogmatum, quam imperat Gal. 1. v. 1, 2. sed intemperīam condemnationem personarum, de qua agit etiam i. Corinth. 5. vers. 15, à quā quam longissimè abest Augustana Confessio.

VI.

Distinguendum est inter integras Ecclesias:
& certos Ecclesia doctores.

1. Hac distinctio varie estimari potest, à toto & partibus: à relatis, à subiecto & adjuncto, & aliunde. Membra per se ita clarent, ut ulteriori explicatione non indigent modo, verum potius respuant.

2. Vrgent quidam hoc argumentum: In quibusunque aliquid Christi est, illi minimè debent ab Augustana Confessione damnari. In Ecclesiis Pontificiis, aliisque Reformatis aliquid Christi est, quia sperant salutem per fidem in Christo

N 2

Ies u,

100 DE SCRIPTURA

Cent. II. Iesu. Ergo ab Augustana Confessione minimè debent damnari. Resp. Vere veneranda est Augustana Confessio, utpote quae talis est, non tam à subjecto loco, quam à subjecta materia. Ab urbe dicitur ratione hominum intentionis¹, quia ibi eandem Imp. voluit prodire in publicum: & quo ad rem ipsam verè Augusta Confessio est, ratione Dei directionis, qui Augustam hanc Confessionem, Augusto in loco, coram Augustissimo, comparare voluit. In Argumento Major languet exquivocatione; si enim de notitia Christi historica loquitur, falsa est: si de salvifica, tum demum vera est: idem judicium est de minori. 2. Est Elenchus finis; ex data distinctione, Vbicung aliquid Christi est, ibi integræ Ecclesia non debent damnari. Nos vero non damnamus integras Ecclesias, scientes, quod Deus etiam in corruptissimo Ecclesia statu sibi quosdam colligit, 3. Reg. 19. v. 18: sed certos Ecclesias Dd.

VII.

Distinguendum est inter primos errorum magistros ex malitia; & eorundem sequaces discipulos ex simplicitate & ignorantia.

1. Fontes clarent. Non autem est pars ratio, magistrorum & discipulorum; ex malitia enim delinquere, & ex simplicitate differunt; nam quamvis hec duo non mutant genus, quandoquidem & illud, quod ex simplicitate hac in parte sit, peccatum est: variant tamen gradum.

2. Habent nonnulli hoc argumentum. Qui omnes à se dissententes promiscue damnant, ex quo feruntur impetu. Lutherani omnes à se dissententes promiscue damnant. Ergo Lutherani ex quo feruntur impetu; Resp. Dimittimus hac vice majorem, ad minorem dicimus, quod fallat, 1. Elencho effecti: falsum

falsum, Augustanam Confessionem, omnes à se dissentientes promisimus à se damnare. 2. Elencho parium: Distinguimus inter primos errorum magistros ex malitia tales; hos dānamus exemplo Gal. 2. v. 8. 1. Tim. 1. v. 20. 2. Timoth. 2. v. 17. sequentes vero discipulos ex ignorantia & simplicitate, non ita, Rom. 14. v. 1.

VIII.

Distinguendum est inter subscriptionē
Augustanæ Confessioni factam, aliam mentalem, aliam
vero manualē.

Inter évdéλετν, ή& χρημοίτετν.

1. Ex causis instrumentalibus potest esse distincō: Mentalis subscriptio fit ex interno affectu, & est verorum Christianorum; Manualis vero illorum, qui sunt ἀερούποι, & illud agitant; Lingua juravi, mentem injuratam teneo, quod malum est.

2. Solvimus hinc sequens argumentum: Qui subscripterunt Augustanæ Confessioni, sunt eiusdem socii. Multi, quos Lutherani pro adversariis habent, subscripterunt Augustanæ Confessioni. Ergo Multi, quos Lutherani, pro adversariis habent, sunt Augustanæ Confessionis socii. Respond. 1. In maiori est Sophisma definitionis; nam ille est socius Augustanæ Confessionis, qui mentaliter & ex corde eidem subscribit: in reliquos, quadrat illud, Esa. 28. vers. 13. 2. In minori est fallacia causæ instrumentariæ: multi subscriptere manualiter, sed non mentaliter.

IX.

**Distinguendum inter sensum in τῷ πντῷ con-
ceptum, & sensum extra πντὸν praconcep-
tum.**

1. Adjuncti est in duo subjecta distincō. Sensus in τῷ πντῷ

N 3

πντῷ

Cent. II. pñq conceptus est, quem ipsa verbadant, est q. è textu elatus: sensus extra pñq præconceptus est, quem quis sibi imaginatur, & potest dici non elatus, sed illatus.

2. Propriori argumento affertur haec instantia: Qui ex animi sui sententia subscribit Augustanae Confessionis articulis, est ejusdem genuinus socius. Multi, quos Lutherani pro adversariis habent, ex animi sui sententia subscribunt Augustanae Confessionis articulis: testantur siquidem multi, se sincrè subscripsi, commodè quamvis reservatâ explicacione. Ergo multi, quos Lutherani pro adversariis habent, sunt ejusdem genuini socii. Respond. Paucis, in minori esse Elenchum æquivocationis: aliud est amplecti sensum cùjus pñq conceptum, qui ita subscribit, est Augustanae Confessionis genuinus socius: & aliud, amplecti sensum extra nō pñq præconceptum, quod qui facit, nostras non est. Optimus ergo erit Augustanae Confessionis socius, Anti-Lutheranus qui dictorum intellectum non intulerit, sed retulerit.

Distinguendum est inter Causam, & inter terminum à Quo.

1. Hec ultima erit hujus decuria, atq. adeo totius hujus opusculi distinctio. Fontes topicí per se sunt clari: Causa ad esse rei facit, terminus nihil: exempla in scripturis sunt obvia.

2. Solvemus exinde hoc argumentum. Quæ religio tot sectarum parens est, ab ea Christianus, qui saluti suæ consultum vult, debet abstinere. Religio Lutherana tot sectarum parens est, quod probant, quia aliquis è Lutheranis in puncto de justificatione hominis quatuordecim diversas opiniones, & Salmeronem numerat. Ergo à Lutherana Religione, Christianus, qui saluti suæ consultum vult, debet abstinere. Respond. 1. In maiori

majori est Elenchus accidentis, quod per se tale, viteri debet. 2. In minori est fallacia effecti, ut & causa procreantis, & materialis: Lutherana Religio, sectarum non est causa, sed terminus a quo, ut in simili liquet, 1. Iohann. 2. v. 19. 3. Est fallacia distributionis, falsum est, tot esse. 4. Elenchus subjecti proprii, falsum est, Lutheranorum esse, sunt Ostiandri, sunt Synergistarum sunt aliorum.

Decu.X.

APPENDIX AD CEN- turiam secundam.

Chartarum penuria hoc facit, quod distinctiones quasdam non ignobiles seponimus, & pratermittimus: Si enim in puncto descripturae perspicuitate, & certitudine, ea que ad concilianda loca, apparetur sibi invicem adversa, faciunt, adjicienda forent, opus in satis magnam excrevisset molem. Sufficiat saltem pauculas annotare, easdemq. breviter recensere.

1. Distinguendum est juxta Theologum Noribergensem, inter dijudicationem, quæ sit judicio definiendi: & dijudicationem, quæ sit judicio intelligentiæ simplicis. Anabaptisti ex 1. Corinth. 2. v. 15. Pro Enthusiasticis suis nugis argutant; verum insigniter falluntur, quia textus non loquitur de judicio definitiōnis, sed saltem de judicio intelligentiæ.

2. Ad locum Matth. 16. vers. 19. quem urgent Pontificii, Distinguendum est inter alloquium, & inter ejusdem promissionem. Alloquium quidem, quod tamen nihil facit pro pontifice Romano, ad solum Petrum spectat: Promissio vero ejusdem omnes Apostolorum concernit.

3. Sunt,

3. Sunt, qui ad locum Ioh. 11. vers. 51. dicunt, verba Caipha fuisse Prophética, non propriè, quia Spiritus Propheticus locum non habeat in corde impio, & quia sensus Caipha fuerit perversus, (quamquam hoc eludi videtur, exemplo Bileam) verum saltem interpretative, unde iterum nihil ad pontificem Romanum redit. Posta hac distinctione non contradicitur iis, qua superius hanc parte posuimus.

4. Alia etiam est ratio conciliorum Canonicorum, & Ecclesiasticorum, de quibus supra dictum fuit: Canonicum autem fuit, concilium Apostolicum Act. 15. Alia v. è à authoritate nō gaudet.

5. Distinguendum est inter Ecclesiam electorum, hac expers erroris, in Calis nimirum considerata: Et Ecclesiam vocatorum, de hac non idem est judicium.

6. Adde & hoc, quod particula, SIVE, non semper est diaplexi seu disjunctiva: verum non raro ov̄ c̄p̄t̄x̄, & copulativa: quorsum allegantur exempla 1. Corinth. 13. v. 8. & 15. v. 11. Coloss. 1. v. 20. Quare ruit argumentum adversariorum, dum locum 2. Thess. 2. v. 15: allegant impertinenter, Elenchum compositionis & divisionis committunt, arque simul in doctrinam axionaticam impingunt, tum inter axioma congregativum & segregativum non discernunt.

DEO SIT LAUS ET GLORIA.


153452

X2617292

R VD 17



B.I.G.



DROMI
Pars altera,
Sive
CTIONUM
OGICARUM
VRIA SECUNDA,

theologorum, qui post exhibitam
infectionem floruerunt, scriptus,
lecta & Selecta,
VBI

ntibus Topicis explican-
Commentariolo práctico illustrantur,
n controversiarum, quam quo ad statum, de
scopum, quorsum pars aberrans affirman-
ticiat, formationem, argumentis
rum cum solutione Lo-
câ, applicantur;

Chiliades, ov̄ 9̄ sequentur,

THORE,
NE MATTHÆO
ILLVSTRI CASIMIRI
nico. SS. Theologiæ
Professore.



ensis Authoris.

BURG
NDREAM FORCKEL,
M. DC. XX.